





EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI;  
DN. DAN. LVDOLPHI;  
LIB. BAR. de DANCKELMANN;  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

✓





PROPOSITIONES, et QUÆSTIONES,  
IN OCTO LIBROS  
Physicorum Aristotelis, diligenter,  
& ad usum studiosorum  
scriptæ:

Autore NICOLAO  
Selneccero.

*Petrus à Sena Seneca - Anstätt*



BASILEAE, EX OFFI-  
cina Oporimiana.

PR O P O S I  
TIONES, et Quæstio  
NES, IN OCTO LIBROS  
P. Hieronymi Augustini  
& ad eum Hieronymi  
scriptis

KÖN. PR. FR.  
UNIVERS.  
ZVHALLE.

IN BIBLIOTHECA  
UNIVERSITATIS



IL·L·V·S·T·R·I·B·, D·O·M·I·N·I·S·,  
C·O·M·I·T·I·B·V·S· A· G·O·R·C·A·: M·A·  
gnifico Domino LVCAE, Palatino Brzestensi: AN  
DREAE & STANISLAO Buscensibus, Valcer  
sibus, Gnesnensibus, Colensibus Capita  
neis, &c. S. D.



DEO Deus tanta arte condidit hoc  
pulcherr. mūdi theatrum, cœlum, lu  
mina, stellas, aerem, aquam, terram,  
plantas, animantia, & cætera mundi  
corpora, ornatum specie, figura, har  
monia motuum, efficacia uirium, *συμπλοκή* & ordi  
ne distributum, quia uoluit hoc esse illustre testi  
monium suæ sapientiæ. Et uult nos hoc mundi opi  
ficium sedulò aspicere: & ideo indidit hominum  
mentibus cupiditatem considerandarum rerum,  
in quibus uestigia Dei, & signa prouidentix mani  
festè quæri possunt. Quòd si quis hoc studium de  
ridet & aspernatur, hunc explodendū, ut cum uo  
luntate Dei pugnantem, & fugiendum sciamus.

Quanquam autem nulla est eloquentia, quæ am  
plitudinem huius argumenti exponere satis pos  
sit: & ostendere quantas habeat utilitates naturæ  
consideratio, nec id cogitatione saltem compre  
hendi possit: tamen prodest sæpe considerare cau  
sas, quæ incitare nos debent ad considerationem  
naturæ, quatenus in hac caligine humanæ mentis  
conceditur. Nec deterrere nos debet Aristopha  
nès, deridens hoc studiū, & fingens Socratē metiri  
passus pulicis, cera uelut Persicos cothurnos puli  
ci induentem: item, impositum calatho, & in ac  
rem

a a rem

rem sublatum, seu (ut ipse loquitur) ἀσροβατέντα καὶ  
 περιφρονῶντα τὸν ἥλιον. Vsitatum est enim, & ualde  
 plausibile, bonas res, quibus uita carere nō potest,  
 calumnijs & conuicijs (ut ita dicam) obruere, de-  
 formare & aspernari, ac contemnere leges & do-  
 ctrinam, tanquam carceres & uincula cupiditatū:  
 idq; iam nostra ætate multi fanatici homines, ne-  
 scio quam libertatem Christianā nominare solent:  
 & studia doctrinarum, si non omnia, pleraq; tamē,  
 quæ Ecclesiæ Dei max. necessaria sunt, furēter ab-  
 ijciunt, & simulatione religionis uituperant natu-  
 ræ inquisitionem, & à cœlesti doctrina animos ab-  
 duci uociferantur. Talium histrionum clamori-  
 bus asininis, quorum multas hæ mundi feces eij-  
 ciunt & protrudunt, nequaquam moueamur: sed  
 potius uocem diuinam reuerenter audiamus, eaq;  
 nos flecti sinamus, ut maiore cura corpora mundi  
 aspiciamus: quæ quidem ideo nostris oculis propo-  
 sita esse D. Paulus adfirmat, ut sint testimonia sa-  
 pientiæ & prouidentię Dei, & de opifice sapiente  
 & intelligente, ac amante ordinis, nos commone-  
 faciant. quemadmodum & Stigelij uersus eruditè  
 & uerè indicant:

*Aut mihi planta suis numen demonstrat ab herbis,*

*Præsentemq; refert una uel herba Deum:*

*Aut operis series autorem tota recenset,*

*Qui facit, & leto cuncta uigore fouet.*

*Emicat ex ipsis diuina potentia campis:*

*Et leuis est cæspes, qui probat esse Deum.*

Sit autem prima causa, ob quam doctrina Phy-  
 sica studiosè & diligenter cognoscenda est, ipsius  
 argumenti certitudo & ueritas. Omnino enim fu-  
 rorem & dubitationes Pyrrhonorum & aliorum  
 explodimus,



DEDICATORIA.

explodimus, tollentium certitudinem, & dicentiū  
 hāc doctrinā incertā esse: & opponimus cūm nor-  
 mas certitudinis, quæ usitatē in Scholis *κρίτηρια*  
 nominantur, uidelicet principia, uniuersalem ex-  
 perientiam, & intellectum consequentiæ: tum ue-  
 rō etiam testimonium doctrinæ cœlestis, & uolun-  
 tatem Dei. Constat enim, principia Physica certa  
 & immota esse, & noticias esse immotas. ut sunt:  
 Quodlibet est, aut non est: Ex nihilo nihil fit: In-  
 telligens natura non oritur à bruto, nec casu nasci-  
 tur: Deus est: Res conditæ à Deo sunt aliquid: Vi-  
 ta est quiddam melius morte: Omnia sunt condi-  
 ta & destinata ad certum finem & usum in uita: Si-  
 milia augentur accessione similibus: Contraria cō-  
 trarijs pelluntur & curantur: Species non confun-  
 duntur: Quælibet natura appetit conseruationem  
 suæ speciei: Distantia infinita non potest finito tē-  
 pore percurri: Non est processus in infinitum in  
 causis efficientibus, &c. Deinde experientia u-  
 niuersalis manifestè ostendit, in natura elementari  
 esse diuersas qualitates, & diuersos motus. In igni  
 calor est, frigus in terra & aqua, aer natura tempe-  
 ratus est in caliditate & humiditate, cœlum moue-  
 tur motu circulari: elementa autem motu recto,  
 & tamen diuerso. leuia enim, ut aer & ignis, à cen-  
 tro sursum: grauia, ut aqua & terra, ad centrū deor-  
 sum mouentur.

Est & intellectus consequentiæ dignus confide-  
 ratione in doctrina Physica, quæ principia & ex-  
 perientias coniungit; ut certitudo manifestè con-  
 spici & animaduerti possit. ut cum ostendendum  
 est, Deum *ὄν διανοοῦντα, καὶ πάντων αἰτίον* (ut A-  
 naxagoræ uerbis utamur) esse omnino talem, eru-  
 dita

## EPISTOLA

6  
dita Physica orditur ab hoc principio:

Intelligens natura non oritur à bruto, nec nascitur casu. Oportet enim causam esse præstantiorem suo effectui, aut certè non ex quodam alio deteriore rerum ordine aut genere ortam esse.

Mens humana est intelligens natura, & quidem immutabile discrimen honestorum & turpium nascens secum affert.

Ergo necesse est, à mente aliqua præstantiore & æterna mentem humanam ortam esse, & accepisse discrimen honestorum & turpium ab aliqua certa causa, intelligente discrimen honestorum & turpium, multo magis quàm homines intelligunt. Quare sequitur, Deum esse mentem bonam, iustam, causam bonorum in natura, ut Plato loquitur. Hæc ratio Physica extat apud Xenophontem in octavo libro Pædiæ Cyri, quæ eruditiss. excogitata est, & ex media philosophia hausta; & tam firma est, ut euerti nequaquam possit. Et sunt aliæ Physicorum rationes piæ & iucundæ de Deo, quæ suo loco recitantur, & ab omnibus colligendæ sunt, ut falsarum opinionum præstigiis, quas Epicurei & Academici oculis hominum offundunt, clarius refutare possimus.

Est autem inter alias rationes hæc pulcherrima, quæ ex hoc principio sumitur: Omnia sunt condita & destinata ad certum finem & usum in uita: ut Sol est conditus non tantum ut lucem præbeat, & oculis seruiat, ut hi suum officium præstare homini possint, uerùm etiam ut efficiat uices temporū, æstatis & hyemis: terra destinata est ad gignendum fruges, & alendum animantia: minutissimæ herbæ, admirificas morborum curationes conditæ sunt:

DEDICATORIA. 7

tae sunt: minutissimae particulae in corpore hominis, singulae singulis officijs a natura praefectae sunt, denique nihil est in toto reru ordine & cursu, quod natura fecerit frustra. Quare res ortas esse a mente quadam prospiciente & ordinante causas finales, necesse est. Impossibile enim esset, hunc ordinem uel extitisse, uel durare, si casu ferretur & misceretur materia.

Talium argumentoru cogitationem ualde utilem esse, uident omnes boni. Et ex his argumentis oriuntur in bonis mentibus plures cogitationes pia, & dignae homine Christiano. Xenophon, etsi ethnicus fuit, tamen ex hoc principio, Omnia esse condita ad certas utilitates, animaduertit homines a Deo curari & amari, seu (ut ipse inquit) Deum esse φιλόσοφον καὶ φιλόανθρωπον, quae titulum Deo Paulus tribuit. Nunc si haec argumenta exactius examinentur, sequi & illud uidemus, cum omnia in natura sint condita, destinata ad certos usus, quaeri oportere, ad quem finem praecipue homines conditi sint: uidelicet ad agnitionem Dei, & contemplationem rerum caelestium & totius naturae: cuius spectaculum ad nullum aliud genus animalium pertinet, quam ad genus humanum. Ideo honestissime ex sententia Stoicorum Plato dixit, omnia esse condita propter homines, homines uero conditos esse propter Deum: id est, ut Deum agnoscerent, & celebrarent. Et noti sunt uersus Ouidiani:

*Os homini sublime dedit, caelumque uidere*

*Iussit, & erectos ad sidera tollere uultus.*

Hoc quasi ordine argumentorum, ex quo tam pia cogitationes oriuntur, nihil iucundius pijs mentibus esse potest. Et tamen sunt non dico homines,

§ EPISTOLA

sed potius portēta & monstra, *ἢ ἐρώσια ἀχθῆ ἀρετῆς*,  
 quæ audent deridere doctrinam Physicam, & ut  
 incertam abijcere. Simus autem & propter rei  
 ipsius ueritatem & certitudinem, & propter utili-  
 tatem multorum, prudentiores: & agamus Deo na-  
 turæ autori gratias, quòd indidit nobis, qui uolu-  
 mus esse saniores, noticias, quæ sunt rectrices ui-  
 tæ, & possunt discernere certa ab incertis. Etsi e-  
 nim non omnes naturæ partes peruestigatas habe-  
 mus, & multa sunt abstrusa, & penè ignota: tamen  
 experientia uniuersalis confirmat, esse ingentem  
 certarum propositionum multitudinem, quarum  
 cognitio utilis est. Et ut discedamus à demonstra-  
 tionibus illis, quæ Deum esse nos conuincunt, a-  
 spicienda sunt cœlestia corpora. Physicus, cum  
 uult ostendere hunc mūdum esse finitum, licet ma-  
 gnitudo oculis comprehendendi nequeat, assumit  
 hoc principium: Infinitum corpus non potest mo-  
 ueri circulariter. Si enim esset infinitum, tum lineæ  
 protractæ à centro in infinitum distarent. Et quia  
 motus circularis, est reditus ab eodem puncto in  
 idem, horum autem punctorum infinita distantia  
 est: impossibile est, finito tempore infinitum spa-  
 cium confici, aut posse circumuolui. Manifestum  
 est autem, cœlum circumagi exiguo tempore, ui-  
 delicet horis 24. Cœlum igitur non est infinitum.  
 Hæc sententia utilis est ad aspectionem naturæ, &  
 prodest deinde ad metiendas distantias locorum:  
 quas metiri nemo unquam posset, si cœlum infini-  
 tum esse imaginaremur. Quod si qui repugnant,  
 & maiorem certitudinem in cœlestibus corporib.  
 esse dicunt, quæ simplicia sunt, & generationibus  
 & corruptionibus obnoxia non sunt, quàm in mix-  
 tis,

tis,

## DEDICATORIA.

tis, cum his non contendimus. Non tamen ullus unquam fuit, qui negare certitudinem in natura etiam elementari potuerit. Certū enim est, quamlibet naturam esse suæ speciei conseruatricem: bouem non ex arbore gigni: numerorū ordinem esse certum, & ratiocinationes & proportiones numerorum immotas esse. Experimur in nutritione, naturam foueri certis rebus nutrientibus, & requirere certam quantitatem. In curatione plurima certa esse, nemo non uidet. Si febricitanti insuper uinum datum fuerit, magis accenditur æger, dum calor interior sumptione uini augetur, iuxta principium Physicum, Simile auget simile. Leuatur autem morbus, si adhibentur medicamenta humectantia & frigefacientia. Et causa est, quia contraria contrarijs curantur. Teucrion spleni prodest: tamarix seu mirica melancholiam cohibet: tœniculum oculis prodest, rhabarbarum epati. Et infinita sunt alia, quæ certitudinem comprobant, etiam si natura rerum non potest penitus perspici. Ad has normas certitudinis adiungamus testimonium doctrinæ cœlestis, quæ ostendit, Deum autorem naturæ multas ordinationes in natura tradidisse, quas uult esse certas, & à nobis considerari. Quàm dulce est audire pueros orantes: Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum? Coruos non cibare suos pullos ante nouem dies, experientia testatur: forsitan quòd non sunt colori suo conformes. & tamen Deus pascit eos rore cœli. Quoties Filius Dei utitur parabolis & uocabulis, ex media philosophia & doctrina Physica sumptis? Vt cum regnum cœlorum simile dicit esse margaritæ, tribus farinæ satis: cum

a 5 iuber

iubet nos esse prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columba est? quæ omnia sine cognitione Physices dextrè enarrari non possunt. Et occurrunt in sacris literis multa eiusmodi, quæ profectò indigent auxilio & manu doctrinæ Physicæ, ut aliquando de his copiosius differemus.

Expectamus autem huius rei exemplar & testimonium evidens, quod Reuerendus uir D. Iohannes Matthesius, pastor ecclesiæ in ualle Ioachimica, proferet: qui librum scribit, quem nominat Sa-reptam, plenum eruditiss. explicationum, quæ ad locos sacrae Scripturæ, contientes uel uocabula uel res de materijs metallicis, pertinet. Atq; hæc de certitudine dicta iam sufficiant, ut monstrosas opiniones effugiamus: & simus studiosi ueritatis, de qua honestissimè Menander dixit,

*ἀεὶ ἐράτιστα ὄντι τ' ἀληθῆ λέγειν*

*ἢ παντὶ καιρῷ, τὸτ' ἰγὼ παρηγοῦν*

*αἰς ἀσφάλειαν τῷ βίῳ πλεῖστον μέριμνῶν.*

Præterea nota est utilitas hæc, quòd præcepta Physices conseruationi ualetudinis plurimùm in-feruiunt. Non quidem omnes medici esse possu-mus, ut Aristoteles dixit, *ὅτι ἐν δύο ἰατρῶν γίνεται νοση-ρυνία, ἀλλ' ἐξ ἰατρῶν καὶ γεωργῶν*: sed tamen si quis dili-genter cognorit doctrinam de temperamentis & natura, ac similia ex Physicis hauserit, sæpe tristes morbos cauere & depellere poterit. Marcus Var-ro professione non fuit medicus, attamen in pro-uincia, quæ infesta erat lue pestilentiali, se & co-mitatum Physica ratione seruauit, obstructis om-nibus fenestris præter Arctoas, unde uenti rigidio-res spirare solent. Et de Antonino Imperatore Gale-

Gale-

DEDICATORIA.

11

Galenus scribit, eum solitum depellere cruditates  
 uentriculi, inedia unius diei: & haurientē uini cya-  
 thum, cui aliquantum piperis insperferit. Quæsi-  
 uit Antoninus causas, cur sibi rebus penē inflam-  
 mantibus utendum esset, cum sentiret sibi ex frigi-  
 ditate uentriculi oriri cruditates.

Quàm necessaria sit cognitio Physicæ erudito  
 Theologo, ostendunt multa exempla: si is pecca-  
 tū, si legem, & alios locos dextrè tradere & expli-  
 care uoluerit. ut cū de dicto hoc dicendū est: Sub-  
 te sit appetitus, & tu domineris ei. Et de Esaia,  
 Luca, & alijs constat, eos professione medicos fu-  
 isse. Et quantam naturalium rerum cognitionē Sa-  
 lomon habuerit, notum est ex sacris literis. Ac ue-  
 teres doctores in Ecclesia semper iudicauit, se nō  
 posse carere Physicis: ut ex Basilij, Nazianzeni, E-  
 piphaniij, & aliorum scriptisprehenditur. Et  
 extat adhuc commentarius de partibus hominis,  
 scriptus à Gregorio Nysseno, fratre Basilij. Etsi e-  
 nim genera doctrinarum non sunt confundenda,  
 tamen multæ sunt grauissimæ cautæ in doctrina Ec-  
 clesiæ, quæ sine Physicis nec à doctoribus enarrari,  
 nec à populo intelligi possunt.

Desino recitare plures utilitates, quarum ma-  
 gna in disputationibus Ethicis conspicitur, cum  
 causæ uirtutum in natura hominis quærēdæ sunt,  
 ita ut & in ciuilibus negocijs sæpe aliquid ex Phy-  
 sicis sumendum sit. Vnde Plato inquit, Periclem  
 ideo ceteros Oratores eloquentia & rerū cogni-  
 tione, seu (ut Græci loquuntur) *συνοει καὶ συνά-  
 µει ἐπινοῦσθαι* superasse, quòd Anaxagoram Phy-  
 sicum studiosè audiisset.

Cum autem hæc de utilitatibus doctrinæ Phy-  
 sicæ

sica breuibus præmiserim, quæ uos ad huius cognitionem mouere merito debent: nunc consilij mei ratio exponenda erat, cur has & Propositiones & Quæstiones de elementis primis Physices scripserim, cum tamē & ieiunæ sint nimis, & antea de hoc argumento extent libri aliorum præclare eruditi. Sciūt autē multi ex studiosis, qui ante quinquenniū Vuitebergæ fuerūt, cum auditoribus mea tum opera utentibus Physices præcepta seu elementa, à D. Philippo, piæ, sanctæq; memoriæ, cōscripta prælegerē, me obiter quæstiones hasce, non scriptas à me, sed excerptas ab auditoribus ex ore, dictasse. Cum autē nōnulli flagitarent, ut cōtinuare: rem denū aggressus, cœpi Propositiones scribere, quas hoc modo diducere per octo libros Aristotelis, animus erat. Sed impediēbat conatū subita uitæ & studiorū meorū mutatio, quæ interrūpebat nō tantū hunc, sed & alios conatus multos, quos in re literariā collocare desiderabam. Atq; ita remotus à liberalioribus & iucundioribus studijs, nescio ipse quo fato, hæctenus ad ea me recipere in functione mea graui καὶ μιλανυχολιῆ non potui. & ferē omnis mihi spes iā excidit de reditu ad illa: quod tamē equiore mihi ferendū est animo, cū sine Dei cōsilio me nō uiuere sciā: modò aliquid faciā, quod Deo gratū, & Ecclesiæ Dei salutare sit. Ideoq; oro Deū æternū patrē Domini nostri IESU CHRISTI, ut aut uires corporis & animi mihi clementer suppeditet, quò officio seu ministerio meo fungi possim: aut si nulla amplius spes est de meis qualibuscunque laborib. ita ut nemini uel paucissimis prodesse possim, me in uera agnitione & inuocatione Filij Dei paterna uoce auocet. Cum uerò illas,

de qui



DEDICATORIA.

13

de quibus dixi, Propositiones non perficerem, & tamen exigeretur à me communicatio harum, quã amici quidam, & alij flagitabant: adiunxi Propositionibus Quæstiones illas obiter dictatas, quas ab auditorum meorum quodam sumebam mutuò. Et sic tandem hæc prodeunt. Nunc sanè iudicia conferant huc sua omnes, probent, approbent, improbent: quomodo defendam conatum, habeo: quomodo successum conciliem conatui, non habeo. Volui gratificari illis, quibus opera mea aliquando grata fuit, sine peruersitate iudiciorum, & sine calumnijs. Ac alijs ueniam potius erroris peto, quàm me anxie excuso. Tenuia hæc sunt, & ieiunè tradita: sed tamen uenia non indigna. quam qui dederint, forsitan inuenient etiam quod nõ improbarint: qui non dederint, ualeant sanè, & grandiora quærant. Si aliquando paululũ ocij ad hæc studia redeundi mihi concederetur, forsitan uberiorius quiddã, & homine studioso doctrinæ dignius proferrem. Sed de his satis.

Mitto autem ad uestras Celsitudines hunc qualem cunque laborem meum ideo, ut me memorem esse clementiæ & benignitatis uestræ ostendam, qua usus es erga me Generose Stanislæ, cum Vuitbergæ degeres. Et cum beneuolentia uestra iam nota sit erga literas honestas, & harum studiosos: arbitratus sum, me & uobis, & uestris hominibus non ingratum facturum, si hæc elementa ad uos mitterem, cum multi ex uestris eorundem auditores seduli fuerint. Oro autem Deum æternum patrem Domini nostri IESU CHRISTI, ut uestrum regnum clementer tueatur, doceat, regat, iuet, & nobis omnib. adsit in hisce mundi fecibus:  
& studia

EPISTOLA.

& studia doctrinarum conseruet ad gloriam & latitudinem sui nominis, & ad emolumentum multorum, tum in hac, tum in futura uita: Amen. Dresdæ, Anno Salutis humanæ,

1560.

VESTRIS CELSITVDINIBUS  
addictis.

NICOLAVS SELNECCERVS  
Noribergensis, minister uerbi Dei  
in aula Principis Augusti Electo-

EPI-

*[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

15  
EPITOME IN LI-  
BROS OCTO PHYSICORVM  
Aristotelis, Propositionibus & Quæ-  
stionibus diligenter & stu-  
diosè inclusa.

PROLEGOMENA ET PRO-  
positiones de doctrina Phy-  
sica. 1.



MNES res quæ sunt in natura, sunt  
aut formæ absolutæ, expertes omnis  
materiæ: aut sunt corpora ex materia  
& forma cõposita: aut sunt acciden-  
tia corporibus adhærentia.

2  
Absolutæ formæ sunt spiritualium rerum seu natura-  
rum, de Deo, de Prouidētia, de Angelis, de Anima, &c.  
Hæc est pars speculatiuæ scientiæ, quam Aristoteles &  
Ptolemæus uocant θεολογικὴν ἢ μεταφυσικὴν: Aristoteles  
quoq; πρῶτον φιλοσοφίαν.

3  
Res compositiæ ex materia et forma, constant aut ex  
materia sine priuatione in suis formis: ut sunt corpora  
ætherea siue cœlestia, quæ non sunt obnoxia mutationi-  
bus, sed constant specifica quadam substantia seu forma  
durabili & manente. aut ex materia cui inest priuatio,  
hoc est elementari, mutationibus obnoxia: ut sunt omnia  
corpora quibus respondent suæ qualitates, hoc est ele-  
mentaria.

Harum

4.

Harum rerum consideratio, quæ utraq; corpora complectitur, ætherea & elemētaria, in genere nominatur Physica.

5.

Est enim Physica scientia, quæ inquirit & patefacit seriem & motus omnium corporum in natura, & causas generationū & corruptionū, & aliorum motuum & qualitatum in corporibus uel simplicibus uel mixtis, quatenus hæc omnia mens humana in hac sua caligine assequi & comprehendere potest.

6.

Accidentia corporibus adhærentia sunt uel *ἰνυγυρία* & *ἰνυγυρία*: ut omnia genera qualitatum & actionum, quorum consideratio, uarietas & proprietas pertinet ad Physicam. Vel sunt *μαθηματικά*, quæ nullam uim habent ad agendum, & quorum consideratio ad mathematicum pertinet, qui magnitudines, numeros, principia, seriem, & rerum ad Physicam accommodationes considerat.

7.

Porro partes Physicæ usitatè recitantur duæ: Mathematica, & ea quæ specialiter uocatur Physica seu *φυσικὴ λογική*. Quod enim ab aliquib. Metaphysica additur, quæ de reb. naturalibus, incorporeis, seu spiritualib. motui non obnoxijis tractat: id peculiari et seorsim considerata prouinciæ adscribendum esse censemus. nisi quis, ut ueteres fecerunt, uocabulum Physicæ prorsus generale esse uelit, complectens omnia quæ in natura consideranda obueniunt siue spiritualia, siue corporea.

Mathematica

Mathematica scrutatur & explicat certis demon-  
strationibus discrimina, proprietates, cognationes, prin-  
cipia, seriemq; numerorum, & magnitudines figurarū,  
quas mens cogitatione à corporibus abstrahit, & rur-  
sus ad ea cum opus est accommodat.

Huius obiectum duplex est: *νοῦτόν ἢ φανταστικόν*, &  
*αἰσθητόν*. Illud imaginatione & intellectu cōcipitur &  
formatur: hoc comprehendit magnitudines & quanti-  
tates concretas, quæ sunt in Physico subiecto.

Sub *νοῦτόν*, quod τὰ ἐξ ἀφαιρίσεως, uel τὰ ἐν ἀφαιρίσει  
iuxta Aristotelem continet, ponuntur Geometria, &  
Arithmetica illa quæ uel lineas & superficies, uel solida  
corpora considerat, diciturq; *ἑπιπέδια*: quæ numero-  
rum rationi incumbit.

Sub *αἰσθητόν* ponuntur species hæc. 1. Mechanica, seu  
ars fabrilis, quæ conficiendis instrumentis accommoda-  
ta est. 2. Astronomia, siue Astrologia, quæ motus, ma-  
gnitudines, distantias, effectus seu influentias corporum  
cœlestium inquirit & demonstrat, idq; facit his quinque  
modis. *φανταστικῶς*, quæ incurrunt in oculos, & etiam  
à non eruditis animaduerti possunt: ut dies in hyeme bre-  
uiores esse quàm in æstate. *τηλεσκοπικῶς*, observationibus  
eruditorum proprijs: ut stellas euagari extra eclipticam  
ad certas distantias. *ὑποθετικῶς*, quibus saluantur motus.  
*ἀποδείξικῶς*, demonstrationibus geometricis. & ultimò  
numeris seu Arithmetica: quæ duæ partes sūt ὅτι doctri-

18      EPIT. PHYSICORVM

nae Astronomicae continent, sicut priores tres τὸ ὄντι.  
2. Geodesia, quae metitur magnitudines corporum Physicorum, uisierunt. 4. Optica. 5. Canonica, ut est Musica. 6. Logistica, quae numeros explicatos ab Arithmetica accommodat ad subiectum aliter enim numerat mercator, aliter mathematicus.

12

Physiologia est, quae causas mutationum in mixtis propinquas, siue à materiae inferioris motu & qualitatibus ortas patefacit.

13

Haec Physices diuisio ex duplicibus causis oritur, quae faciunt mutationes in inferioribus corporibus: et quarum aliae sunt uniuersales & remotae, ut caelestes: aliae sunt propinquae & particulares in inferiori materia.

14

Hanc ob causam initio duo genera Physices apud Graecos fuisse constat. Mathematicam enim, quam speciali nomine Astrologiam uocarunt, professus est Thales Mileti ciuis: quam Ptolemæus explicuit, cuius ex libris discenda & haurienda est. In altero autem genere elaborarunt Empedocles & Democritus: qui cum Physiologia obscure & ἀνίγνωστον tradidissent, ab Hippocrate, postea ab Aristotele, & tandem à Galeno perspicue tractata est.

15

Fuit autem ordo Physicorum ante natum Christum in Graecia talis fere. Thales primus Physicus professione, anno mundi 3326. Anaximander Milesius, Thaletis discipulus, 3388. Pythagoras, 3438. Democritus & Anaxago-

anaxagoras, 3462. Diagoras, 3482. Heraclitus, 3506.  
Empedocles & Parmenides, 3509. Hippocrates, 3530.  
Socrates, 3532. Plato, 3572. Eudoxus, 3573. Aristoteles,  
3600. Anaximenes & Epicurus, 3636. Aratus physicus  
& poeta, 3693. Erasistratus, 3707. Eratosthenes, ulti-  
mus ferè, ante Christum annis 213, anno mundi 3750.

Porro maximam cognationem habent hæ duæ pro-  
fessiones, ita ut una sine altera non consistat. Nam infe-  
riores causæ à superioribus seu cœlestibus mouentur, ut  
& Aristoteles luculèter inquit: ἰστὶ δὲ ἡ ἀνάγκη οὐραν-  
οῦ πᾶσι τὰ ἐν αὐτῷ φερόμενα, ὥστε πᾶσαν αὐτῶν τινῶν  
ἀνάγκη λυβερνάει ἐν αὐτῷ. ὅθεν γὰρ ἡ τὴν ἐπιφανῶς ἀρχὴν  
πᾶσι, ἐν ἐν τῷ αὐτῷ νομίσαντος πρώτων. id est: Est autem  
hic inferior mundus necessariò cōtinuus superioribus or-  
bibus, ut omnes eius uires inde regantur. Nam quæ res  
principium est motus, ea etiam alijs motus ipsorum cau-  
sa est.

Hæc ita esse, res loquitur ipsa. Nam elementa, plan-  
tas & animantia uidemus cœli motibus agitari, affici et  
uariari, ut rectè Ptolemæus dixerit: Sol unà cum cœlo  
semper aliter afficit terrestria, non solum iuxta quatuor  
uices anni, cū quibus congruunt generationes animan-  
tium, plantarum fœcunditates, aquarum fluxus, & mu-  
tationes corporum: uerùm etiam cotidiano circuitu cale-  
faciens, desiccans & refrigerans certo ordine, & modo  
conueniente cæteris stellis.

Cum autem usitato et recepto more Peripateticorū,  
cum de elementis Physicis differitur, intelligatur Physio-  
logia,

logia, quæ hodie Physices uocabulo cōprehenditur primū, ut sit in alijs partibus, causæ certitudinis eius doctrinæ inquirendæ sunt, ut cōstet, hanc minimè dubiā aut incertā, atq; ideo minus curandam et suspiciendam esse.

Causæ certitudinis Physicæ, ut aliarum partium Philosophiæ, tres sunt, quæ Stoicis *ἐπιτύχια* dicuntur, uidelicet *πρόληψις*, *ἄδησις*, *καὶ γυνῶσις*.

*πρόληψις* habet principia siue *ἀρχὰς*, siue *κοινὰς ἰννοίας*, quas alij *ἀξιώματα*, alij *τὰ πρώτα*, alij *καθολικὰς κένους*, alij *στοιχεῖα*, alij honoraria & *κατὰ ἕξοχλὸν* maximas, in dicendi artibus nominare solent. Hæc principia sunt sententiæ nobiscum natæ, & sunt uel semina singulariū artium in uita utilium: ut, Ex nihilo nihil fit. uel mores & uitam gubernant: ut, Neminem lædito, pacta serua to. Hæc pars *πρακτικὴ*, illa *διωρητικὴ* nuncupatur.

*ἄδησις* est experiētia uniuersalis, cum de ijs quæ sensu percipiuntur, sani omnes eodē modo iudicant: ut experientia constat, lunam uim habere ciendi humores, ignē urere.

*γυνῶσις* est intellectus ordinis in consequentia argumenti iudicanda: quemadmodum collatione & compositione colligitur aestum maris fieri à luna, & eius motu. Hæc syllogistica ratiocinatio ostendit numerum principiorum physicorum.

Ita pluribus exemplis ostendi potest, doctrinam Physicam esse certam, partim à primis noticijs, partim ab uniuersali experientia, partim syllogistica connexionē.

Quòd autem hæc *ἐπιτύχια* non fallant, sed uera & certa



serta sint, quanquam nemo sanus hoc neget: tamen hæc  
 duæ regulæ & demonstrationes conuincunt. 1. Ne-  
 cesse est affirmare, opus Dei tale esse, sicut est natura cõ-  
 dita. Cum enim Deus sic cõdiderit naturas rerũ, uideli-  
 cet ut totum sit maius qualibet sua parte, ut ignis sit cali-  
 dus, aqua humida: easq; sani omnes, ut sunt, agnoscant:  
 διομαξία est, repugnare, & negare opera Dei sic condi-  
 ta esse. 2. Dato opposito, sequitur naturæ destructio,  
 & infinita rerum & actionum confusio: ut si quis con-  
 tendat, incertum esse an ignis urat, is in ignem cõiectus,  
 suo ipsius interitu refutabitur.

21

His ergo consideratis, secundum est, ut quæ sint præ-  
 cipuæ utilitates doctrinæ Physicæ, cognoscatur. Finis ea-  
 nim omnium studiorum & actionum in primis conside-  
 randus est, qui quò res suscepta dirigatur, solus ostendit.

22

Etsi autem cognitio doctrinæ Physicæ ad omnem  
 ueritatẽ plurimum conducit: tamen insigniores quædam  
 utilitates commemorantur, ut quid ex hac doctrina ex-  
 pectandum sit, cognoscatur.

23

1. Prima est, quòd erudita Physica continet expressa  
 Dei uestigia: affirmat esse Deum, architectatricẽ mentẽ  
 rerum, immensæ potentia, cum in mouentibus & motis  
 non sit processus in infinitum: alit & confirmat hone-  
 stas & pias de Deo sententijs, & prouidentia Dei: Deũ  
 esse bonum φιλόσοφον ἢ φιλάδελφον, liberrimum, con-  
 seruatorem & gubernatorem naturæ et creaturarum:  
 ut ita manifestum sit, Platonem honestiss. dixisse, gra-

b 3 tam

22 EPIT. PHYSICORVM  
tam de Deo famam in artibus sparsam esse.

24

Secunda est, quod cognitio Physices necessaria est doctori Ecclesiae; quae omnino tenere oportet descriptionem potentiarum animae, si peccatum, si legem, liberum seruumque; arbitrium, & alios multos articulos dextrè et cum fructu docere uoluerit. Et in lectione sacrarum literarum saepissime occurrunt figurae sermonis ex ipsa Physices doctrina sumptae: ut de aurora, de animalibus et piscibus, de tribus farinae satis, de margarito, & alijs permultis: adde etiã, in ipso summo & primo de Trinitate sancta articulo, cum discrimen inter nasci & procedere considerandum est: & sic de alijs.

25

3 Tertia: Physica aditum patefacit ad medicinã. Hic enim discernuntur elementa, traduntur qualitates, et earum actiones. Et proprie doctrina physica refertur ad eam medicæ artis partem, quæ φυσιολογικὴ & αιτιολογικὴ uocatur.

26

Obiter autem doctrinae medicæ classes, cum earum iam mentio facta sit, quot sint tenendum est. hæc nimirum quatuor præcipuæ: φυσιολογικὴ, αιτιολογικὴ seu παθολογικὴ, ὁρθρωτικὴ, & ὑγιεινὴ. Prima est, quæ de tota natura hominis, & eius integra constitutione & omnibus membris differit: ut cum de anima & de partibus corporis humani, quæ elaboratio nominatur ανατομικὴ, differendum est. αιτιολογικὴ, causas & affectus præter naturam, & morborum symptomata inquirat & patefacit: ut cum de morbis, ἡγεὶ τῶν ἀρρώστιας ἐπιθυμίας, ut

ut Gregorius nominat, dicendum est. *ἰατρικὴ*, rationem medendi docet: idq; facit uel rationē uictus præscribendo, quod officium *διακρίσεως* est: uel medicamenta & simplicia et composita intra et extra corpus adhibendo, quæ cura *φαρμακωσικὴ* nominatur: uel instrumentis & manuum sedulitate ac promptitudine, quæ *χειρουργικὴ* est. *ὑγιεινὴ* tuetur corporum sanitatem, et hanc conseruare integram & incolumē studet. His ita ars medica absoluitur, ἢ *ὑγιεινὴ ἢ σὺνθετικὴ σαρκὸς*, ἢ *ἰσχυρὰ φυλάττει*, ἢ *ἀπὸ λήθους ἀνακαλεῖ*.

Obiter & hæc utilis atq; iucunda cōsideratio obseruanda est, eandem esse seriem in studio sacrarum literarum, quæ in his classibus Medicorum animaduertitur. Theologica enim *θεολογία* est, ut statim, cum de Trinitate & unitate Dei dictum est, de præstantia, dignitate & integra hominis constitutione ante lapsum, seu de iusticia originali, creatione prima, & imagine Dei in homine dicatur. His annectitur statim *ἠθολογικὴ*, de peccato & eius causa, de lege, ira Dei, calamitatibus & cruce. Corruptio enim naturæ morbus ipse est, cuius symptomatica sunt omnes miseriæ & aduersitates in uita. Mox additur *ἰατρικὴ*, de Euangelio, iustificatione, penitentia, sacramentis, libertate Christiana, resurrectione mortuorum, uita æterna: & de Ecclesia, quæ est uas & receptaculum huius doctrinæ. Tandem subiungitur *ὑγιεινὴ*, uidelicet doctrina de bonis operibus, & de exercitijs fidei & inuocationis, seu de ratione retinendæ fidei, gratiæ, & non excutiendi Spiritum sanctum.

4 Sed ut ad rem reuertamur, quarta utilitas doctrinae Physicae est, inseruire conseruationi ualetudinis. Nō quidem omnes possumus professione medici esse: uerū tamen si quis diligenter cognouerit doctrinam de temperamentis, de membrorum & organorum officijs, et de natura, & similia ex his hauserit, saepe tristes morbos cauere & depellere poterit.

Vnde constat Græcos dixisse, γνῶθι σεαυτόν. quod nō tantum de moribus dictum uoluerunt, sed etiam de natura: ut hoc epigramma Palladae testatur, quod dignū est memoria:

εἰ πῶς πόθεν συμμέτρῃς λόσμον καὶ πείρατα γαίης,  
 ἐξ ὀλίγης γαίης σῶμα φέρων ὀλίγον:  
 σεαυτὸν ἀριθμησον πρότερον, καὶ γνῶθι σεαυτόν,  
 καὶ τότε ἀριθμήσεις γαῖαν ἀπαρσιίω.  
 εἰ δ' ὀλίγον πύλον τῶ σώματι ἢ καταριθμῆς,  
 πῶς μετῆσαι γνῶναι τῶν ἀμέτρων τὰ μέτρα;

Hoc est:

Cur numeras fines terræ, metiris & astra,  
 Qui paruum è tenui puluere corpus habes?  
 Te numeres primūm qui sis, tua membra uideto,  
 Hinc fines terræ dinumerare potes.  
 Exigui cinerem si nescis corporis, unde  
 Mensura cassam rem numerare queas?

5 Quinta utilitas est: Physica doctrina plurimum utilis est ad philosophiam moralem. Hic enim initia Ethices traduntur, uidelicet doctrina de mente et uoluntate,  
 de

de appetitionibus, & affectibus, & alijs rebus quarum  
noticia ad Ethicen opus est.

31

6 Sexta est, & in primis consideranda utilitas, quòd  
Physicæ doctrinæ studium detegit imbecillitatem inge-  
nij humani, & ostēdit quousq; humana natura suo qua-  
licunq; ingenio in hac caligine sua progredi & perues-  
nire possit. Latēt enim in natura adhuc plura quàm di-  
ci possunt, abstrusa, & nondum eruta, quæ nos ad consi-  
derationem nostræ infirmitatis deducunt.

32

Si enim id quod uerum est asserere licet, nostra inge-  
nia in naturæ contemplatione cæcutiunt, ὡς ὁ τῶν υυ-  
ντοπίδων ὄμματα πρὸς τὸ φύγγειν ἔχει τὸ μεθ' ἑμδραίν, ut  
inquit Aristoteles. Et ut philosophi alterius cuiusdā non  
nimis ὑπερβολικῆς exclamatio testatur: Maximū eorum  
quæ scimus, esse minimū ex illis quæ ignoramus. ἢ γὰρ ἔ-  
στιν, ἢ ὀλίγα ἔστωμεν, secundum Socratem.

33

Et hæc ipsa elementa Aristotelica de Physices cogni-  
tione, etsi utilia, & omnino (ut dictū est) necessaria sunt;  
tamen tenuia sunt, & non ubiq; omnibus satisfaciunt.

34

Quare & hanc ob causam debemus hanc & alias  
philosophiæ partes cognoscere, ut ad imbecillitatis no-  
stræ considerationem excitemur; & petamus à Deo, ut  
iuuet nos, & maturet diem, quo nullius rei cognitio &  
natura nos amplius latebit. Hæc de utilitatibus doctrinæ  
Physicæ sufficere nunc debent.

b

5

Proximū

35

Proximum iam est, ut quod sit Physices subiectum, seu potius obiectum, quod aliàs in scholis uocatur materia circa quam, cognoscatur. Hoc enim caput est & *ἡ ἀρχή* huius doctrinae, ostendens de qua re principaliter dicatur.

36

Dixerūt autē uulgò subiectum duplex esse: simplex, & complexum. Illud uocarūt, cum una uoce ostenditur, de qua re præcipue dicatur. Hoc nominant propositionē operis principalem, quemadmodum Rhetores *ἡ ἀρχή* appellant in oratione.

37

Est igitur simplex doctrinae Physicae subiectum, corpus naturale: quod non tantum de corporibus simplicibus, utpote elementis, & illis quæ inde oriuntur, uerū etiam de primis rerū initijs, materia uidelicet & forma, quæ sunt substantiæ partes essentielles, intelligendum est.

38

Complexum subiectum physices est, corpus naturæ le mobile, seu quod motui & mutationibus obnoxium est, uel totum, uel saltem sua parte id est, substantia corporea, inanimata uel animata, composita ex materia prima, & substantiali forma corporea, cum suis naturalibus causis, effectibus, accidentibus & proprietatibus, quas inquiri necesse est: ut sunt, motus, locus, tempus, alterationes.

39

Hic obseruandum est, uocabulum Motus peculiari quadam phrasi Physica accipi pro mutatione secundum  
substan-

substantiam uel accidentia, ita ut moueri idem sit ac mu-  
tari uel substantia, uel accidente: hoc est, progredi ab una  
substantia in aliam, ut fit in generatione & corruptione:  
uel ab una quantitate in aliam, ut in augmentatione &  
diminutione: uel ab una qualitate in aliam, ut in altera-  
tionibus: uel ab uno loco in alium, ut in motu locali. Hinc  
mobile corpus idem est, ac motui et mutationi obnoxium.

40

Quod autem mobile necesse sit addi ad corpus natu-  
rale, quod Physices subiectum est, inde manifestum fit:  
quia Physica omnino discernenda est a Metaphysica,  
cuius materia (ut supra dictum est) circa quam ipsa uer-  
satur, est res uel incorporea & spiritalis: uel etiam cor-  
porea, ut quibusdam uidetur, a motu tamē & mutatio-  
ne prorsus immunis.

41

Et quidem hæc naturæ distinctio est, quod quædam na-  
tura est, quæ neq; mouetur, neq; moueri potest: quædam  
autem eorū quæ & mouentur, & moueri possunt. ~~Mo-~~  
~~uetur autem nihil, nisi corpus sit.~~

42

Hæc admonitio de subiecto sufficiat: omiſſis alijs in-  
eruditis & longis cauillationibus & rixis, quæ passim  
leguntur. Hoc tantum adijciendum est, a Physica etiam  
accidentia tractari, quatenus hæc faciunt ad cōstitutionē  
& cognitionem corporis Physici. Quare non peccat,  
qui & ea subiectum Physices numerat.

43

Sunt qui subiectū Physices duplex ponunt: propriū,  
de quo iam dictum est, uidelicet corpus naturale mobile:

¶

Et commune, ut Deus, Prouidentia, Et similes res quas Physica tractat: quod ut incōueniens non est, ita ostendit, quare de Deo, fato Et prouidentia in Physicis dicendum aliquid sit: et indicat, quæ causa architectatrix Et cōseruatric sit corporū naturaliū. Sed de his hæctenus.

44

Restat ut quæ sit methodus in hac doctrina, ostendatur. Notum autem est, duas esse vias doctrinarum: quarum altera est συνθεσις, quæ compositio dicitur, et à prioribus seu à notioribus naturæ, quæ Et uniuersalia uocantur, ad posterius seu ad notiora sensui procedit: altera est ἀναλύσις, resolutio, quæ à posteriori siue à notioribus nobis ad ignotiora naturæ procedit. Ita enim loquitur Aristot. cuius uerba hæc sunt in initio Physicæ auscultationis: Hæc uia natura nobis nota est, ut è notioribus nobis, et magis manifestis, γνωριμωτέρων ἢ σαφέστερων ἡμῖν, ad notiora naturæ et magis manifesta ἐπὶ τὰ σαφέστερα τῆ φύσεως ἢ γνωριμώτερα perueniamus: quia nō sunt eadem nobis nota, Et simpliciter nota. Ideo necesse est hoc modo, ex his quæ naturæ minus sunt manifesta, nobis autem notiora, ad ea quæ dilucidiora sunt, Et magis nota naturæ proficisci.

45

Nominantur autem notiora naturæ, uel ipsæ causæ: uel quæ ut elementa seu principia, sunt priora natura, ut Geometer utitur συνθεσις, cum prius de triangulis quàm quadrangulis differit. Notiora uerò nobis seu sensui uocantur, uel effectus et signa, uel quæ natura posteriora sunt.

46

Præcipuus δὲ ἀναλύσεως usus in doctrina Physica est,

in



in qua cognitio substantiæ maxima ex parte per acciden-  
tia patefit, & ab effectibus & signis ad causas procedi-  
tur, ut natura & principium corporis naturalis cogno-  
scatur. Confusa enim primò nota nobis sunt, & magis  
manifesta. Elementa uerò & principia posteriùs ex his  
nota per ipsorum diuisionem fieri solent: ut cum uideam-  
us solem perpetua & certissima lege moueri, colligi-  
mus, solem non esse accensum uaporem terra editum, sic  
& ars medica procedit.

47

Hæc prolegomena sufficiant. Nunc ordo cõsideran-  
dus est physicorum elementorum, quem Aristoteles ta-  
lem secutus est: De interioribus principijs corporum na-  
turalium: de causis per se & per accidens: de motu &  
speciebus motus, et de quiete: de loco, uacuo, tempore, æ-  
uo & aternitate.

### I. DE PRINCIPIIS.

1

Cum ex principiorum cognitione rerũ naturalium  
scientia oriatur, necesse est, ut qui se ad naturæ inuesti-  
gationẽ confert, in primis Physicæ principia consideret.

2

In omni enim genere doctrinarum, quæ habent prin-  
cipia, elementa & causas: ex principiorum, elementorũ  
& causarum cognitione, haurimus cognitionem eorum  
quæ in illis tractantur.

3.

Quia autem uocabulũ Principij uariè à Physicis ac-  
cipitur, initio quæ sint significationes eius præcipuæ,  
quas & Aristoteles in  $\sigma\mu\tau\alpha\phi\upsilon\sigma\iota\kappa\omega\mu\epsilon\tau\alpha$  enumerat, tenen-  
dum

id est. Δὲ ὡς πρῶτον τὸ εἰς φωνῆς σημαίνοντος ἀετῆρα  
 εἰς τὸ ὅπως διδάσκοντες.

4

- 1 Principium significat terminum, à quo incipit & proficiscitur motus: ut locus sursum est principium casus lapidis, decidentis è summo deorsum.
- 2 Principium est, unde unumquodq; optimè fieri solet: ut medium ordinatum ad finem, est principium finis: nam per illud commodissimè finem assequimur.
- 3 Quod in aliquo primùm generatur: ut forma substātialis, quæ primùm in materia tanquam in suo subiecto generatur.
- 4 A quo primo, sed tali quod in subiecto nō inest, aliquid fit, ut homo lapidem projiciens, est principium projectionis: ipse uerò homo non est in subiecto, sed est primum efficiens extra subiectum.
- 5 Iuxta cuius nutum & uoluntatem mutantur mutabilia: ut rex principium est subditorum, præceptor discipulorum: quòd pro arbitrio regis & præceptoris uiuūt subditi & discipuli, in legitima & honesta disciplina.
- 6 Vnde res primùm fit nota & certa, uocatur principium: ut sunt noticiæ, principia seu ἀρχαί.
- 7 Principium, ut in doctrina Physica usurpatur, est, unde primùm res naturalis quæq; fit, aut constat: ita ut corpori naturali hoc ipsum principium insit, tanquā pars substantiæ eius per se, & non secundum accidens. Reliquis igitur principij significatis omissis, de hac Physica definitione dicendum est.

5

Est autem huius definitionis hæc sentētia: Principium est

est

est aliquod primum, ex quo tanquam ex materia fit & nascitur corpus: uel per quod tanquam per formam consistit, durat, & manet corpus: ita ut utrunq; horum, ex quo uidelicet fit corpus, & per quod consistit corpus, insit rei factæ, & indissolubiliter inhaereat per se: hoc est ueluti pars substantiæ, non tanquam accidens, uel separabile, uel inseparabile: cum neq; re ipsa, nec ulla cogitatione seu imaginatione alterutrum principium à corpore auelli possit, nisi corruptum & imperfectum corpus intelligere uelimus.

6

Priusquã uerò de tribus principijs, Materia, forma, & priuatione dicatur, quorundam Philosophorum opiniones, quæ nam initia seu res sint, ex quib. corpora inferiora secundum ordinem generationis in natura institutum orientur, tenendæ sunt, ut commodius de uero principiorum numero iudicari possit.

7

Quicumq; de principijs unquam differuerunt, aut unum aut plura principia esse dixerunt.

8

Qui unum solummodo principium posuerunt, id uel immobile, uel mobile esse affirmarunt.

9

Immobile posuerunt Parmenides & Melissus, diuersa tamen ratione: hic infinitum, ille finitum.

10

Argumentum Melissi, quo opinionem confirmat suam, hoc est: Quod factum est, habet principium: Ergo quod non est factum, caret principio.

Vniuer-

Vniuersum autem non est factum:

Ergo non habet principium, neq; etiam finem:

Est igitur infinitum.

Quod autem est infinitum, non habet locum:

Quare est immobile.

Aristoteles respondet: Si Melissus intelligit principium temporis, dici potest: Quod non est factum, caret principio. Si uero intelligit principium magnitudinis, fallitur. estq; fallacia consequentis, similis huic: Si homo est, animal est: Ergo si homo non est, animal non est. In ecclesia uero respondemus, uniuersum certo etiam tempore cœpisse, & conditum esse.

II

Parmenidis ratio hæc est:

Quicquid est præter Ens, non est ens:

Quicquid non est Ens, nihil est:

Ergo quicquid est præter Ens, nihil est.

Ens autem & unum conuertuntur:

Ergo quod est præter unum, nihil est:

Est itaq; tantum unum principium.

Respondendum est: Quando dicitur, Quicquid est præter Ens uel unum, nihil est: idem est ac si dicatur, Omne quod est, eo ipso quod est, singulare est. Nō enim de speciebus aut generib. sed de singulis indiuiduis seorsim consideratis uerba hæc intelligenda sunt: quæ nō sunt detorqueunda ad omnia in unum Chaos immiscenda. Quia ergo Parmenides malè accommodat dictū, Quicquid non est Ens, nihil est: & hoc quoq; Ens & unum conuertuntur: nec reliqua quæ sequuntur uera esse possunt. ἐνὸς γὰρ αὐτοῦ δόξιν, τὰ ἄλλα συμβαίνει; EX uno inconuenienti dato,

dato, plura sequi necesse est: & cætera.

12

Deinde, qui dixerunt unum esse principium mobile, eorum nonnulli ignem, ut Heraclitus, qui propter obscuritatem scripturæ appellatus fuit *σκούριος*, tenebricosus: nonnulli aerem, ut Diogenes: nonnulli aquam, ut Thales, qui dixit Deum esse eam mentem quæ ex aqua cuncta generet: nonnulli etiam medium inter aerem & aquam, ut Leucippus, principium posuerunt. Nullus autem solam terram principium esse dixit, propter eius crassitiam & densitatem nimiam.

13

Refutantur autem hi omnes, qui dicunt unum esse principium, his tribus perspicuis rationibus.

1 Primo, principium est ex eorum genere, quæ referuntur ad aliud: Ergo necesse est ut plura includat. Refertur autem appellatio principij ad primas partes corporum essentielles, quarum plures esse manifestum est, et infra ostendetur.

2 Si esset unum principium, uel esset principium sui ipsius, quod fieri non potest: uel esset principium alterius, & sic plura erunt, non unum. Si enim unum esset, alterius principium esse non posset. Nam si dicitur unum esse principium effectiuum, & non aliarum rerum à se, res ipsæ, quæ & quales sunt, negantur. Si uero dicitur unum esse principium effectiuum aliarum quoque & diuersarum rerum à se, iam pluralitas principiorum concessa est, ita ut unum principium dici non possit. Consequens igitur est, ut si unum principium constituitur, certò alterutrum horum affirmetur, illud uel sui principium esse produ-

Et iuuat,

14 EPIT. PHYSICORVM

Etium, quod est contra omnes sententias cōmunes: uel nullius esse principium. Vtrumq; absurdissimum est.

3 Si est unum principium, est aut substantia, aut accidens. Si est substantia, est aut genus, aut species, aut indiuiduum. Si genus uel species est, plura intelligi necesse est. Hęc enim, Genus & species, de pluribus prædicantur. Si indiuiduum, necesse est ea quę supra & quę subter sunt, unum esse: quod est absurdissimum. Si uerò accidens, rursus iam plura erunt. Accidens enim omne de subiecto dicitur, sine quo nec est, nec dici potest accidens.

14

Concludimus igitur, non unum esse principium, ne multitudo rerum negetur & destruat: motus quoq; generatio & corruptio interimatur: quę sine pluribus principijs, & quidem contrarijs, ut infra dicitur, fieri non possunt.

15

Cæterum qui dixerunt esse plura principia, posuerunt illa esse uel infinita, uel finita.

16

Qui infinita posuerunt, uel eiusdem rationis & speciei esse ea dixerunt: differre autem inter se δισα, σήματα, ἢ τὰξα. ut Democritus & Epicurus atomos constituerunt, quos dixerunt esse semina quædam seu corpuscula minutissima, ita ut sectione non recipiant: & per inane uolitantia, ut ex eorū causali cōcursu & cōglobatione alia corpora nascantur. Cicero 1. de Finib. Lucretius 2. lib. Vel dixerunt esse diuersarum rationū & specierū: ut Anaxagoras, dicēs omnes res esse in omnib. rebus tanquam

quam in Chao commixtas & confusas, & per congrega-  
tionem inuolutas, per segregationem uerò generatas.

17

Quod ad Democriti somniū de Atomis attinet, hone-  
sta mens, in qua scintilla rationis hæret, amentiam istam  
detestatur. Itaq; apud sanos refutatione nulla opus est.

18

Anaxagoræ autem rationes, quibus colligere uoluit,  
infinita rerum principia esse, & omnia esse in omnibus,  
hæ fuerunt præcipuæ.

1. Impossibile est, contrariū in suum contrariū abire.  
Fiunt autem ex contrarijs contraria:

Ergo cōtraria sunt in cōtrarijs, & omnia in omnib.  
Minor exemplis ostēditur. Cum materiæ durissimi rigo-  
ris uehementius colliduntur, ignis excutitur: si uitreus or-  
bis aquæ plenus in sole tenetur, de lumine, quod ab aqua  
refulget, ignis accēditur: si quis inhalat in crustam mar-  
moris, aut laminā ferri, per minutissimos rores aqua cō-  
crescit: ex nubium concursu ardor emittitur, qui fulmi-  
nis nomen obtinet, &c.

2. Omne quod fit, aut fit ex ente, seu eo quod est, aut ex  
eo quod non est:

Nihil uerò fit ex eo quod non est:

Ergo omne quod fit, ex eo fit quod est.

Fit autem ex quolibet quodlibet, cum uideamus ex  
contrario fieri contrarium. Igitur quodlibet est in quo-  
libet, & omnia sunt in omnibus.

19

His ita positis, rē fieri seu generari, nihil aliud nomi-  
nauit Anaxagoras, quàm rem detegi & reuelari. Et cū

c 2 et

ei obijceretur, Si omnia essent in omnibus, quâ fieret, ut hoc aurum, illud ferrum appareret & diceretur? respõdisse fertur, portionem rerum singularum singulis inæqualem inesse, & in unaquaq; re quippiam abundare, & unamquamq; rem nomẽ suum obtinere à parte abundante, nihil aut sincerè uel aurũ uel ferrũ uel carnẽ esse.

20

Respondendum autem est ad minorem primæ rationis Anaxagoræ: eam ueram esse, intelligendo non manẽtibus contrarijs mutatione facta, sed abiecto alterutro: falsam autem esse, si intelligatur, fieri contraria ex se inuicem secundum substantiam manentibus post mutationem factam. Et particula Ex, tantum significat terminum à quo proficiscitur motus, & qui abijcitur. Non igitur inferri potest, contraria esse in contrarijs.

In solutione secundæ rationis Anaxagoræ uerũ hoc dicendum est, omnia fieri ex ente, seu aliquo præexistente, sed incõpleto, & potentia, tanquam ex materia: quæ etsi in omni generatione præsupponitur, ad eam tamen formam, quam nondum habet, confertur. Quare rectè dicitur ab illis, qui dicũt: Omne quod fit, ex materia fit: quæ partim est, partim nõ est, uidelicet respectu formæ. Est enim actũ, si refertur ad eam formam, quã possidet. Non est actũ, sed tantum potestate, si collata fuerit ad eã formam, quam nondum habet.

21

Concludimus ergo, non omnia esse in omnibus, nec quodlibet fieri ex quolibet: ne illud absurdum admittatur, Indeterminatum fieri ex indeterminato, uel determinatum ex indeterminato, uel econtrà.

Refutan



22

Refutantur autem hi errores, qui dicunt esse infinita principia, his manifestis rationibus 1. τὸ ἀπειρον, ἀγνοῦσθαι τοῦ: Infinitorum nulla est scientia. quare si essent infinita principia, tolleretur rerum naturalium scientia.  
2. In unoquoque genere, est una prima contrarietas: Contrarietas autem duobus extremis clauditur: Ergo in unoquoque genere contraria sunt finita.

23

Constat ex his omnibus, nec unum nec plura principia esse infinita, cum quidem Physico nulla magnitudo infinita sit, & cum motus corporum confundendi non sint: quod fieret, si infinitus numerus principiorum statueretur. terræ enim partes cum partibus cæli miscerentur & mouerentur.

24

Porro qui posuerunt finita principia plura, aut duo posuerunt: ut Stoici λόγον & ὕλην, & poetæ Deum & chaos, aut tria, ut Plato Deum, materiam, & ideam seu imaginem operis in mente diuina, iuxta quam exculpi-tur forma: & Aristoteles, Materiam, Formam, & Priuationem. aut quatuor, ut Empedocles: quem medici secuti sunt. ponentes quatuor elementa, ignem, aerem, aquam & terram. Hinc Lucretius:

Ex imbri, terra, atque anima nascuntur, & igne.

25

Stoici coniungunt finitum & infinitum principium. Infinitum uocabulo mentis comprehendunt, finitum uocabulo materiae, secuti Hermetē Trismegistū Aegyptiū, cuius hæc uerba sunt: ἀρχὴ τῶν ὄντων, ἡ διὰς ἡγεῖ ὕλην.

c 3

ἡγεῖ

νεὴ φύσις νεὴ ὕλη. Approbāda est autem Stoicorum sententia, quatenus ponunt Deum causam efficientem: reijcienda est, quatenus mentem illam infinitam ad materiam alligant.

26

Poetae minimè cōueniunt cū sacris literis, quæ & materiā à Deo per uerbum ex nihilo creatam esse testātur.

27

Plato Stoicos secutus, insuper ideam addit, quam forma priorem ponit: & dicit esse imaginem, quam Deus conceperit de forma materiæ indenda. quæ sentētia Platonis pia est, & amanda: & cum sententia Aristotelis, quam nos amplectimur, meritò numeranda.

28

Medici arbitrantur, cum elementa sint corpora, esse eadem & prima principia.

29

Sciendum autem est, elemēta prima corpora esse meditate. Cum enim generentur & corrumpantur inuicē, necesse est aliquod esse medium, quo illa generatio & corruptio procedere possit.

30

Cū autem appellatio principij completatur maxime primas rerū generandarum partes, elementa prima principia dici non possunt. Experientia enim & uniuersus Physicorum consensus testatur, elementa inter se, & informas mixtorum corporum transmutari.

31

Sunt igitur hæc argumenta certa & uera. I. Omne generabile et corruptibile necessariò habet subiectū.

ex

ex quo generatur, & in quod ad extremū resolvitur & evanescit, ut enim in generatione, ita & in corruptione non est processus in infinitum. Hæc propositio ex tribus principijs Physicis extruitur: Ex nihilo nihil fit: & Nihil sui ipsius est principium: item, Aliquid in nihilum nō resolvitur. Cum autem elementa inter se generentur & corrumpantur, quæri & affirmari necesse est, ea habere subiectum se prius, id est, naturam quandam se priorem, cognatam & communem, quæ in generatione & corruptione recipit formas subinde alias, alijs abiectis, ut certum est, ex aere fieri ignem: quæ mutatio impossibilis esset, nisi in aere esset natura quædam, quæ ignis formam recipiat, priore forma aeris abiecta. Sit ergo hoc argumētum: Omne generabile & corruptibile, necessario habet subiectum se prius: Elementa mutantur, generantur, corrumpuntur, & agunt inuicē: Ergo elementa habent subiectum se prius.

II. Omne quod habet se prius, non est primum principium, iuxta definitionem principij: Elementa habent subiectum se prius, ut iam ostensum est: Ergo elementa non sunt prima principia.

32

Ex his intelligitur, Aristotelē recte ordiri Physicam & causas generationum et corruptionum à principijs, quæ elementis priora sunt. Atque hæc de opinionibus Philosophorum de numero principiorū dicta sufficiat.

33

Nunc priusquam de sententia Aristotelis dicamus, proprietates principij tenendæ sunt, quæ ad intelligendā illam plurimum faciunt. Sunt autem hæc præcipuæ.

G

A

I. Prin-

1. Principia nō fiunt ex alijs, sed sunt ante omnia corpora naturalia mobilia. 2. Non fiunt ex se inuicē, nec alterum altero prius est: sed principia sunt simul, & simul concurrunt ad generationem corporis naturalis. 3. Faciunt ex se, producunt & constituunt omnia quæ naturaliter fiunt. 4. Manent in omnib. corporibus generabilibus et corruptibilibus, tanquā pars substantiæ eorū.

TRIA ESSE PRINCIPIA,  
Materiam Formam & Priuationem.

<sup>1</sup>  
Principia rerum naturalium atq; mobilium, quæcumque generantur et corrumpuntur, tria sunt: ὕλη materia, μορφή forma, & τήρησις priuatio.

<sup>2</sup>  
His neq; plura neq; pauciora esse posse, inde manifestum est. Primum non possunt esse plura, ne concedatur pluralitas ociosa. Quicquid enim condidit natura, condidit ad certas actiones, tanquam ad finem. Si autem plura quàm tria principia essent, aliqua carerent actionibus, & essent ociosa; Ergo ne concedatur absurdum, Naturam res frustra condere, non dicendum est esse plura tribus principijs. Minor certa est. Nam in omni re naturali, cum generatur, necesse est aliquid subijci, ut materiam, quod habeat potentiam ad illud quod fit: id est, ad formam. His ita concurrentibus: uidelicet materia, ex qua fit res: forma, quæ dat essentiam corpori naturali; & priuatione, quæ materiam facit habitabilem ad suscipiendam formam, nihil amplius ad constitutionem

LIBRI I.

4<sup>o</sup>  
 tutionem rei naturalis requiritur. Deinde non possunt  
 esse pauciora principia tribus. Nam in generatione &  
 corruptione necesse est adesse subiectum: ergo recte &  
 necessario ponitur materia. Subiectum autem non po-  
 test carere forma: addenda igitur est forma. Cum ue-  
 rò materia & forma non coeant sine mutua appetitio-  
 ne, recte ponitur priuatio: quæ quandiu materia for-  
 mam recipit, tamdiu adesse dicitur. Ex his quodcunque  
 nunc absit principium, res naturalis constitui non po-  
 test. Quare recte ponuntur tria principia, non plura,  
 non pauciora.

3  
 Hoc ut aliquo modo ostendi possit, exemplum analo-  
 gicum assumendum est, quod similitudine rationis, et per  
 ea quæ nobis notiora sunt, rem declaret.

4  
 Ab his enim quæ nobis nota & perspecta sunt, pro-  
 grediendum est ad ea quæ nobis ignota sunt: qui solus  
 est ordo discendi, cum non eundem in modum nos & na-  
 tura cognoscamus: nobis quæ cõmunia, singularia, effectus,  
 & ea quæ sub sensum cadunt, citius innotescant. quem-  
 admodum herbarum, radicum & gemmarum causas ig-  
 noramus, effectum uerò & uim uidemus: nature autē  
 simplicia, uniuersalia, causæ, & ea quæ sensum fugi-  
 unt, notiora sint: ut nos syllabas & dictiones expeditius  
 quàm literas deprehendimus, ignem totum citius quàm  
 quæ sit eius materia & forma cognoscimus. Contrariū  
 uerò facit natura.

5  
 Sit igitur hoc exemplum à communi experientia. Ex

quo nondum pullo, sed pullabili, id est, quod potest assu-  
mere formam pulli, fit tandem pullus. In hoc exemplo  
Ouum est materia, pullabile est priuatio, pullus est for-  
ma: neq; aliud requiritur ad constitutionem & substan-  
tiam pulli absoluendam. Sunt igitur tria principia cor-  
poris naturalis.

6

Considerandum est autem primò, an hæc tria prin-  
cipia in omnibus totius rerum naturæ corporibus intelli-  
gantur: secundò, an semper & perpetuò fuerint, ut Ario-  
stoteles censet: tertio, quomodo inter sese ipsa differant:  
quarto, quæ sint principijs communia.

7

I. Non dubium est, materiam & formam esse et dici  
principia omnium corporum cælestium & elementaria-  
um: materiam tanquam ὑποκειμένην πρῶτον ἰκάστῃ, ἃ  
ἔ γίνεται τι, ἢ ὑπαρχόντι & μὴ ἑατὰ συμβιβυκῶς, et ueluti  
συναιτία τῆ μορφῆ τῶν γενομένων ὡσπερ μὴτέρα: ut Ari-  
stoteles loquitur. formam uerò tanquam ἰντιλίχειαν, &  
τελειότητα. Hæc duo principia arctissimo nexu inter se  
deuincta, constituunt & absoluunt omne corpus σύνθε-  
τον, cæleste & elementare. Priuatio uerò ad elementa-  
rem naturam tantum pertinet.

8

Et si autem fuerunt, qui etiam materiam propriè ita  
dictam, quæ est pars substantiæ compositæ, in cælesti-  
bus corporibus esse negarunt, cum illa sit potentia con-  
tradictionis ad esse & ad non esse simpliciter, ut loquun-  
tur: tamen has exiles disputationes, quarum utilitas nul-  
la est, iam omittentes, certò statuimus, in corporibus cæ-  
lestibus

lestibus esse materiam, quæ est pars substantiæ compositæ: cum certum sit, corpora cælestia non esse à materia formas separatas, seu actu intelligibiles: & habere quantitatem, quæ sequitur materiam, sicut qualitas sequitur formam.

9

Dicimus igitur, materiam omnium corporum simplicium unam & communem esse: & tantum hoc esse discriminis, quod materiam cælestium corporum ab elementari distinguit priuatio, qua illa caret, ideoq; nobilior & perfectior est.

10

Quod autem priuatione corpora cælestia careant, manifestum est. Non enim ullas uices generationum & corruptionum experiuntur: sed quam semel materia eorum cõplexa est formã, eam retinet: & tãdiu retinebit, quã diu Deus opifex & Dominus naturæ concesserit.

11

Etsi enim progressio fixarum stellarum nõ est æqualis, sed aliàs celerior, aliàs tardior: & sunt quædam stellæ, quæ quondam æquinoctiali uicinæ, nunc à polo arctico nõ procul absunt: ac anticipatio æquinoctiorũ & solstitiorũ manifesta est: & uariatio  $\lambda\epsilon\gamma\omega\sigma\epsilon\omega\varsigma$  siue max. declinationis solis, id est, distantie puncti solstitialis ab æquinoctiali, alia alijs temporibus animaduersa est: tamen hæc & similia ad formæ uel conseruationẽ uel amissionem nihil faciunt: sed solummodo ad motum localem, quem  $\phi\omicron\rho\rho\acute{\alpha}\nu$  Græci nominant, referenda sunt. Ideo, nulla priuatio corporum cælestium ex his ostendi potest.

Hoc

12

Hoc cum ita sit, sequitur, materiam & formã in corporibus cœlestibus esse principia ἀχώριστα, et ἀδιάσπαστα in elementaribus uero, propter priuationem χωρίστα.

13

Colliguntur autem ex his perspicua aliquot discrimina simplicium inter se corporum æthereorum, & elementorum: quæ obiter obseruasse ualde prodest.

**I.** Aetherea corpora, præter τὸ ἀγύρατον, ἀνάλδοιωτόν τε καὶ ἀπασίς, sunt summè perspicua ex materia propagata, ex elementis perspicuis, exactiss. purgatis, et διακρίσθαι amplius in tenuiss. consistentiam diductis. **Elementaria** uero corpora, etsi tria ex his διαφάνη ad perspicua sunt, ignis uidelicet, aer & aqua (sola enim terra corpus ἀδιάσπαστον est, opacum, & uisui imperuium) tamen crassiora sient, minus quàm cœlum perspicua, & ex materia terrestri defæcata magis magisque & subinde ceu per gradus certos extenuata similiter διακρίσθαι, et extensione totius substantiæ in omnes partes, sine instauratione eius quod crassiciei decessit.

**II.** Aetherea corpora sunt perspicua actu, seu ἰσχυρίαι. Inest enim omnibus lux purissima, quæ ipsorum est ἰσχυρία ἀλγεία et τελειότης: elementaria uero sunt perspicua δυναμικῶς, potentia, atque lumine à cœlestibus refulgente collustrantur & fouentur, etsi suas habent formas.

**III.** Aethereorum corporum constitutio & concretio, quam οὐρανίον nominant, est firmata & fixa in orbium & globorum compagem: elementarium autē οὐρανίου est mollis, fusa & fluens.

**IIII.** Aetherea corpora, calida, frigida, sicca & humida



quædam sunt *διωκόμενα*: elementaria *ἰσχυρέα*.

V. Præter materiam, formas substantiales, & accidentia propria, de quibus iã dictum est, differunt etiam motu locali. *Atherea corpora* circulari motu super polis fixis circa medium conuertuntur in orbẽ *Ἀιθέρι* seu gyratione, eaq; duplici: uel *εἰς τὰ ἀποκνησμένα*, motu primũ mobilis ab oriente in occidentem uiolento, & rapiente secum sphaeras inferiores omnes spacio 24 horarum: uel *εἰς τὰ ἰσχυμένα*, motu secundorũ mobilium, planetarum & fixarum stellarum ab occidente in orientem proprio. Elementaria uerò corpora recto motu secundũ rectã lineam mouentur similiter duplici modo: aut à centro seu medio sursum efferuntur, ut aer & ignis: aut ad cẽtrũ tendunt deorsum, ut aqua & terra.

Sunt enim hi duo motus simplices: *ἡ ἀπὸ τοῦ κέντρου ἰσχυρὸς*, motus secundum rectam lineam, qui est uel à centro, uel ad centrum: & *ἡ ἀπὸ τοῦ κέντρου ἀποκνηστικὸς*, motus circularis, qui & circa centrum nominatur.

14

Ex his igitur quæ dicta sunt constat, duo principia, materiam & formam, esse & intelligi in omnibus corporibus naturalibus, æthereis & elementaribus: tria autem, materiam, formam & priuationem, tantum in elementaribus esse & intelligi posse, atq; id tamen diuersi modè. *Nã materia & forma* cum sint principia substantialia, semper insunt & manent in corpore naturali, generabili et corruptibili, tanquã pars substantiæ. *Priuatione* uerò cum sit principium accidentarium, statim perit post generationẽ, et nunquã adest *ἰσχυρέα*, nisi eo momẽto quo materia exuẽs formas ueteres, assumit & induit nouas.

Ios

15

II. In Secunda questione, an semper et perpetuò fuerint principia: religiose & uerè affirmamus, eadem à Deo ex nihilo condita esse: et Aristotelem persuasum argumentis Physicis, ex hoc naturæ ordine desumptis, qui nunc est, falso credidisse, materiam coæternam esse primæ causæ.

16

Deus enim architectus ex nulla præcedente materia, rudi & informi, finxit distinctas simplicium corporum species: sed principium utrunq; *ἐκ τῶν μὴ ὄντων*, seu ex nihilo, solo uerbo condidit, ut sacræ literæ testantur, quarum ueritas immota est. Et dignus est memoria uersus Orphei, qui à Clemente & Iustino citatur:

*ἓς ἐστὶν αὐτογενὴς, ἐνὸς ἐκγονὰ πάντα τέτυκται:*

Ex uno per se genito sunt omnia nata.

17

Exprimuntur autem hæc principia in sacris literis appellatione cæli, terræ, et lucis. In principio creauit Deus cælum: id est, materiam & formas substantiales corporum cælestium, etiamsi hæc in aliquibus proprietatibus accidentalibus adhuc essent informia. Deinde in principio, & ex nihilo creauit terram & lucem: atq; hæc omnia tanquam futura principia reliquorum corporum, ex quibus uidelicet principijs iam conditis omnia reliqua fierent & gignerentur, sicut historia creationis testatur.

18

Indidit Deus etiam priuationem materiæ elementari statim in creatione, sed ordinatam, & certis legibus & metis circumscriptam: ut ordo generationis in quali

bet

bet specie ostendit, cuius perfecti & regularis imago in materia per lapsum languē facta, adhuc reliqua est.

19

Quare principia Physica quibus Aristoteles innixus est, uidelicet Ex nihilo nihil fit, & similia, dicimus & affirmamus in hoc naturæ iā conditæ ordine locum habere: & ut expressius loquamur, pertinere ad generationem, non ad creationem.

20

III Quomodo autē principia inter se differant, ex his quæ iam dicta sunt, facile colligi potest. 1. Materia est & dicitur principium passiuum: Forma principium actiuum. Atque hæc causa est, cur toties Aristoteles dicat, materiam & formam contraria esse principia: non quidem quod attinet ad constitutionem, cum materiæ nihil sit contrarium, sed quod ad transmutationem attinet, formam uidelicet substantialem, eam quæ acquiritur, & eam quæ deperditur. ut cum ex aqua fit ignis, forma aquæ quæ abijcitur, & forma ignis quæ acquiritur, inter se sunt contrariæ. Et insunt in eodē subiecto incompleto, uidelicet materia accommodata ad utrāq; formā. Eadem enim numero materia, quæ prius substernebatur formæ aquæ, iā recipit in se formā ignis. Et sic omnes res naturales fieri dicuntur per generationem quæ est de contrario in contrariū: ut usitatè dici solet, Generatio unius est corruptio alterius. 2. Materia et forma sunt principia substantiaria, cum corporis generatione perfecta in eō maneāt, ut substantiā constituāt. Præuatio uerò est principium accidentariū, quia materiæ propriū accidens est, nec manet

48 EPIT. PHYSICORVM

manet in corpore composito: sed quamprimum forma  
materiae indita fuerit, perit omnino, & euanescit.

21

Sic ergo priuatio eadem est numero cum materia, nisi  
si quod ratione ab ea sit separanda. ut hoc analogico e-  
xemplo ostendi utcumq; potest: Ouum est materia, habens  
formam oui. Est autem in hac materia priuatio formae  
pulli: quae cum perfecta superuenerit, prior forma oui  
perit, & alia pulli recipitur. Deinde ut color corporis  
est idem quiddam numero cum corpore, sic priuatio est  
idem quiddam cum sua materia. Ideoq; dicitur, priuatio-  
nem esse numero eandem cum materia. Ut autem ratio-  
ne calor differt a substantia: sicut cogitatio in coruo in-  
telligit aliud esse nigredinem, aliud ipsum coruum, ita  
priuationem a materia differre cogitemus.

22

Nam priuatio nec specie differt a materia, nec prin-  
cipium per se est, sed est in materia defectus seu absentia  
formae: & talis seu ruina seu appetitio, ut post amissas  
ueteres formas appetat & acquirat nouas, cum diuina  
uet omniu formarum capax sit, nec maneat in corpore  
composito in seipso, nisi sola diuina: sitq; mutationu quae  
materiae accidunt, causa non in se, sed tantum in seipso.

23

Ratiocinamur & concludimus ex his, materiam &  
formam esse principia substantialia: id est, quae constitu-  
unt rem naturalem, & eius substantiam complent &  
perficiunt. Priuationem uero esse principium accidenta-  
le, quod uocatur extrinsecu, cum nihil constituat, & in  
re facta non maneat.

Deinde

Deinde priuationem non differre re ipsa à materia, sed tantum differre ratione. Inest enim in materia sicut accidens, estq; unum quiddam numero; ratione uero, ut dictum est, discerni potest.

24

Hæc eadem causa est, quod in scholis usitate et recte dici solet, Duo principia esse constitutionis, tria uero transformationis. Materia enim & forma constituunt rem naturalem. In mutatione uero priuationem necesse est accedere, ut materia cum forma coire possit.

25

Hæc discrimina principiorum cum nota iam sint, quaeri solet & de eorum cognatione & communitatibus, quarum prima hæc est. Materia & forma sunt ante omnia corpora mobilia naturalia, & sunt in omnibus corporibus generabilibus & corruptibilibus, tanquam pars substantiæ eorum. Secunda est: Principia sunt ingenerabilia (non increata) & incorruptibilia (non annihilanda, iuxta Dei omnipotentis consilium) ideoq; nec aliunde, neq; ex se inuicem generantur. Tertia est: Principia prima sola cogitatione, imaginatione & analogia, seu exemplis aliquam similitudinem referentibus cognosci, deprehendi & percipi possunt, ut paulo post ostendetur.

26

His ita in genere cognitis, nunc seorsim & in specie de singulis principiis, si quæ consideranda & dilucidius exponenda restant, dicendum uidetur. Et primum de materia prima, quæ an sit, supra probatum est, ex mutua elementorum mutatione. eam autem Aristoteles sic definit: *Materia prima est primum subiectum unicuiq; ex quo*  
d            fit

50 EPIT. PHYSICORVM  
fit aliquid tanquam ex eo quod inest, & non secundum  
accidens, & in quod res ad extremum resoluitur.

27  
**Hæc definitio** ex duobus principijs Physicis extructa  
est, quorum unum ad generationem pertinet: uidelicet,  
Ex nihilo nihil fit: alterũ ad corruptionem refertur; Ali-  
quid in nihilum non resoluitur.

28  
**Etsi uerò ambiguit̃** est, an hæc particula,  $\mu\eta\ \lambda\alpha\tau\acute{\alpha}\ \sigma\upsilon\mu\beta\eta\kappa\eta\varsigma$ , uel ad τὸ ἰνυπαρχεῖν, uel ad γίνεσθαι referendæ  
sint: tamen definitio perspicua est, etiam ad utrunq; illò  
relatis. Si enim pertinent ad Inest, materia à priuatione  
discernitur: illa per se, hæc per accidens inest. Si uerò  
pertinent ad Fit, discernuntur naturalia ab artificialib.  
Hæc ambiguitas in Aristotele definitionem non reddit  
obscuram aut ambiguam.

29  
**Nam hæc sententia** est, materiam primam esse pri-  
mum generationis subiectum: hoc est, ex quo corpus na-  
turale primum generatur. **Deinde esse & ultimum cor-**  
ruptionis terminum, ut in exemplis analogicis ostendi  
potest: ut cum uasa fictilia fiunt ex terra & massa, hæc  
comminuta rursus in terram uel massam tempore suo  
rediguntur.

30  
**Et ut hoc principium** pluribus depingatur, & pro-  
pius aspiciatur qualis nam res sit, proprietates eius con-  
siderandæ sunt, quarum prima est:

1 **Materia prima** est ingenerabilis et incorruptibilis  
per se seu sui natura, quatenus uidelicet attinet ad ordi-  
nem

in natura iam conditum à Deo, qui principia prima,  
ex quibus reliqua corpora fierent, & in quæ resolveren-  
tur ad extremū, ipse (ut dictum est) ex nihilo creavit.

2. Est insensibilis, & sola imaginatione perceptibilis.  
Ideo Aristoteles septimo μεταφυσ. inquit: Materia pri-  
ma nec est quid, nec quale, nec quantum, nec aliquid eo-  
rum quibus res naturalis est determinata: id est, propè ni-  
hil est, & sola ratione seu intellectu cogitatur: scilicet eo-  
lementorum inter se transmutatione, quam in subiecto  
aliquo fieri necesse est: & consideratis artificum exem-  
plis, quæ naturam imitantur, percipi potest. Quare &  
Aristoteli tantum est *κατὰ ἀναλογίαν ἰπισκτῶν*, & Plato-  
ni *ὁ βῶλον λόγισμῶν* comprehenditur.

Nam abstractis à corpore naturali omnib. acciden-  
tib. per intellectum, animus adhuc concipit materiã &  
formam. Quòd si & hæc abstrahatur, remanet quiddã  
ualde occultum, quod dicitur materia prima, quæ se ha-  
bet ad rem naturalem, sicut se habet æs ad statuam, &  
massa argilacea ad uasa fictilia. Atq; hoc modo exuere  
oportet suis accidentibus ipsum corpus, & quærere exē-  
pla, quæ proportionem aliquam & similitudinem cum  
natura habeant, si materiam intelligere uelimus.

3. Materia per sese absoluta & cōpleta *ἰσεία* non est,  
cum sit sua natura *ἀμορφῶν* & expers formarum om-  
nium. Adonea est autem & habilis quaslibet formas cor-  
poreas indiscriminatim certo modo & ordine recipien-  
di, ut lana tincturis nunc rubeum, nunc uiridem, modò  
aliū colorem induit: & ut oculus omni colore liber est,  
ut omnes recipiat, & auris omni sono externo libera est  
ne quem excludat: ita materia est informis, ut ad formã

modò hominis, modò cadaueris, modò terræ sustinendâ  
apta sit. Vnde & à Platone uocatur *πανδέχης*, ὅτι δέχεται  
καὶ ἀπὸ πάντων, καὶ μορφῶν ἑδὲν τῶν εἰσιόντων ὁμοίαν εἶναι  
χρῆναι. Quare ipsa per se non ἐνεργεία, sed sola δυνάμει exis-  
stet, licet nunquâ formis nuda & uacua reperiatur: &  
ab Aristotele ἐν αὐτῇ λέγειται ὡς ὑποβιβάνδου, καὶ ἰσχυρῶς ἢ πῶς ὁ  
οἶα nominatur. Denique materia omnibus formis uesti-  
ri potest; non secus ac Proteus Virgilianus, qui formas  
se uertit in omnes: & non solum est idoneum recepta-  
culum formarum, uerùm & appetit eas, ut fœmina ui-  
rum (sicut Aristoteles loquitur) & ut turpe pulchritu-  
dinem.

4 **Materia prima** est proprium pati, ut præparetur  
ac subigatur ad recipiendas formas naturales, substan-  
tiales & accidentarias, sicut cera informatur & fingi-  
tur per certam speciem. **Ideo materia** semper nomina-  
tur principium passiuum. Hæ igitur sunt præcipuæ pro-  
prietates materiae.

31

**Ex his colliguntur** & synonyma materiae primæ, quæ  
passim extant. ὡς sylvæ, substantiæ pars ignobilior,  
commune receptaculum formarum, natura fœminina,  
subiectum primum, subiectum ultimum. Sunt tamen  
qui inter materiã & subiectum ponunt hoc discrimen,  
ut **materia** sit rerum futurarum, **subiectum** uerò rerum  
factarum. ut æs, dum sine formâ & rude est, materia di-  
citur; dum uerò fuerit formatum in Mercurium, nomi-  
natur subiectum. Vtrunq; tamen nomen ad aliquid est.  
nam materia alterius cuiusdam materia est, & subie-  
ctum alicui subijcitur. Hæc de materia prima sufficiant.

Forma



32

**Forma** est  $\alpha\delta\theta$ ,  $\eta\epsilon\iota\ \mu\omicron\rho\phi\eta$ ,  $\lambda\omicron\gamma\theta$ ,  $\eta\epsilon\iota\ \iota\upsilon\delta\epsilon\lambda\epsilon\chi\epsilon\iota\alpha$  species, ratio, substantiæ pars nobilior, essentia, conseruatrice essentia & natura masculina (his enim synonymis nuncupatur) usitate definitur, quod sit quiddam dans esse rei: hoc est, essentiam & nomen. ~~Omnis enim res naturalis~~ habet suum esse & nomen à sua forma, qua uestita est. ~~Sic materia primæ à prima forma~~, essentia & nomen suppeditatum est: sine qua nihil esse, nec nomen habere potest.

33

~~Sit autem hæc definitio: Forma est principium~~, dans primam essentiam corpori naturali, ad cuius cõpositionem cum materia prima eodem tēporis momento cooperatur, sicut mas & fœmina in cooperatione sobolis.

34

~~Hinc usitate dicitur principium~~, quod prima est causa rei naturalis: quippe ut corpus naturale ex materia prima originis initium sumit, ut ex primo subiecto, ita ex forma primâ acquirit primum suum esse.

35

~~Exempla analogica~~ huius principij consideranda sunt. Proponatur Ioannes, cui adimantur initio accidentia externa: color, figura, & qualitates etiam internæ. His ademptis, accidentia interna quoq; secernantur: habitus, uirtutes, uitia, affectus, relationes, potētiæ & actiones. His omnibus ademptis, sola adest substantia, & forma hominis secunda, de qua infra dicitur: non prima. hoc est, adest illa hominis forma, quam nulla alia substantia præter hominem habet. Ut autem inquiretur

d 3

forma

forma principium, equus homini conferatur, & equo adimantur omnia accidentia  $\chi\omega\pi\iota\tau\acute{\alpha}$   $\nu\epsilon\acute{\alpha}$   $\alpha\chi\omega\pi\iota\tau\acute{\alpha}$ , per imaginationem: quibus sublatis, supererit cuiq; sua forma secunda & propria, siue analogica, uidelicet equi, animalis, lapidis, arboris, herbae, metalli. Sed praeter hanc secundam formam, quae in sensus incurrit exteriores, requirenda est omnium iudicio communis forma corporis, quae sola imaginatione percipitur atq; cogitatur.

Sint & haec exempla: Cum statuarius habet materiam, aes uel marmor, tunc ipse materiam tam diu cudit uel sculpendo uel tractando, donec induat illi figuram representantem hominis, equi, uel alterius alicuius animalis imaginem. Hac perfecta, artifex dicitur absoluisse suum opus. Atq; haec operis perfectio nominatur Forma. Eodem modo statuariae perfectio est ipsa forma, quam accipit ab artifice, non quidem substantialiter, sed accidentaliter. Item, artifex accipit trabes, lapides, & alia quibus indiget usus, & quae tam diu tractat coagmentatq; humi, donec impositione tandem ultima extruat aedificium, cuius perfectio est forma, quae est aedificij esse: id est, quae remota aedificium non est. Trabes enim humi dissipatae, simplex materia, non aedificium essent.

Materia fornacis sunt cacabi ex argilla, quae accedit, et ex qua extruitur fornax. Cum autem figulus cacabos componit, struit & ordine coagmentat, tandem fit perfectio fornacis, quae est ipsa forma.

36

Haec & similia exempla suppeditat usus rerum, & consideratio ordinis in actionibus, modo haec regula obseruetur: Sicut in artificialibus dicere possumus, forma est

L I B R I I

est finis exædificationis, ita in naturalibus possumus dicere, forma est finis generationis.

37

Proprium est formæ, quod est principium actiuum, cum formet & perficiat materiam primam, & pariter eodẽ temporis momento cum materia opereretur ad compositionem corporis.

Deinde ut materia ita nec forma incurrit in oculos, quæ quidem in quouis est corpore ultimus ille ornatus seu ultima exædificatio, qua res talis est, consistit & conseruatur, ciens & efficiens actiones suæ naturæ congruas, & differens à speciebus cognatis.

38

Priuatio signatur, est defectus formarum, quæ natura adesse poterant, & quidem ab ea expetuntur: seu est carentia eius formæ, quæ recipi in materia potest.

39

Etius autẽ formæ quæ recipi non potest, nulla est priuatio, sed negatio: id est, absentia formæ in natura aliqua, quæ nunquam affuit, nec in natura expetitur: ut trũcus non priuatiuè, sed negatiuè cæcus dicitur, quia uisus trunco inesse non potest, nec ab eo expetitur. Cæcitas autem hominis non negatio, sed priuatio est. Nam uisus in homine existere potest, & natura hominis eum desiderat. Ita peccatum defectus dicitur: id est, priuatio uidelicet & carentia iusticiæ originalis, quam primi parentes conseruasse debuerant.

40

Ne autem quis miretur cur priuatio inter principia recensetur, cum ea defectus sit, non uis quædam gignẽ

d 4 di,

di, duæ rationes potiss. ponendæ sunt, quibus ostendatur necessariò ab Aristotele priuationẽ additam esse. Prior hæc est: Appetitus materiae necessariò attribuendus est. nisi enim materia formis appeteret, nulla earũ cum materia coiret. Est uerò priuatio appetitus, seu inclinatio seu potentia ruens ad formam, quæ nunc quidem abest, sed tamẽ adesse potest. Ergo priuationem materiae addi necesse est. Deinde, materia amplexa formam, perpetuò eandem retineret, nisi in materia esset defectus formarum, quas materia naturaliter appetit. Priuatio est defectus formarum. Igitur necessarium est ponere in materia priuationem, quæ sit causa mutationum formarũ, ac iter ad generationes, & ueluti medium principium generationis, coniungens principia duo contraria, materiam & formã, eaq; consocians ad generationem corporis naturalis: cum alioqui sine medio, ex contrarijs principijs duobus nihil fieri possit.

41

Vt reliqua duo principia, sic & priuatio analogico exemplo intelligi potest. Proponatur transmutatio bos uilli cadaueris in uermes & apiculas. Manifestum iam est, cum transmutari res cœpit, id unde cœpit, illius esse priuationem, in quod transmutatur extremum.

42

De differentijs, quibus priuatio à materia & forma distat, supra dictum satis est. Nunc saltem hoc consideremus, si natura mansisset integra, nec in humano genere, nec in alijs rebus priuationem causam fuisse interitus & corruptionis: & in fine huius doctrinæ, deploremus miserum naturæ nostræ statum: & priuationis medicum,

medicum, qui est filius Dei, Dominus noster IESVS  
CHRISTVS, quæramus, cui sit laus, gloria & ho-  
nor in omnem æternitatem, Amen.

Libet hic adijcere uerba Epiphaniij, de  
opinionibus Græcorum philosopho-  
rum, diuersa statuentium de Prin-  
cipijs rerum.

Thales Milesius, unus de septem sapientibus, princi-  
pium omnium rerum pronunciauit aquam. Ex aqua eo-  
nim omnia esse dicit, & rursus in aquam resolui.

Anaximander Praxiadæ, & ipse Milesius, infinitum  
dixit esse uniuersorum principium: ex hoc enim omnia  
fieri, & in ipsum omnia resolui.

Anaximenes Eurystatæ, & ipse Milesius, aerem uni-  
uersi principium esse dicit: & ex hoc omnia fieri, & in  
ipsum rursus resolui.

Anaxagoras Hegesibuli Clazomenius, principia res-  
rum similaritates esse dicit.

Archelaus Apollodori, aut secundum aliquos Milto-  
nis, Atheniensis autem Physicus, ex terra omnia facta es-  
se dicit: hæc enim principium uniuersorum est.

Pherocydes, & ipse terram dicit ante omnia fa-  
ctam esse.

Pythagoras Samius, Mnesarchi filius, Deum dixit es-  
se unitatem, & sine hac nihil factum esse.

Xenophanes Orchomenis Colophonius, ex terra &  
aqua dixit omnia fieri. Esse uero omnia, uelut dixit, ni-  
hil ueri. Sic rectum nobis obscurum est, opinio autem in  
omnibus uersatur, maxime obscuris.

Parmenides Pyretis filius, Eleates genere, & ipse in finitum dixit esse principium omnium.

Zeno Eleates contentiosus, æqualiter cum altero Zenone terram immobilem dicit, & nullū locum uacuum esse. Et dicit hoc modo: Quod mouetur, aut in loco mouetur in quo est, aut in quo non est: Et neq; in quo est loco mouetur, neque in quo non est: Non ergo quicquam mouetur.

Melissus Ithagensis, Samius genere, unum in finitum esse uniuersum dixit: nihil autem firmum esse natura, sed omnia esse corruptibilia in potentia.

Leucippus Milesius, iuxta quosdam uerò Eleates, & hic contentiosus, in infinito etiam ipse uniuersum esse dixit. Iuxta imaginationem & apparentiam omnia fieri, & nihil secundum ueritatem: sed sic apparere uelut remum in aqua.

Democritus Damasippi Abderita, mundū in finitum dixit, & superuacuum positum esse. Dixit item, unum finem esse omnium.

Protagoras Menandri Abderita, dixit Deos non esse, neq; omnino Deum existere.

Diogenes Smyrnæus, aut (ut alij) Cyrenæus, eadē quæ Protagoras asseruit.

Empedocles Metonis Agrigentinus, ignē & terram & aquam & aerem, quatuor primogenita introduxit elementa: & dixit, Inimicitiam esse primū elementum. Separata enim erant prius, inquit: nunc autem cōiuncta sunt, uelut ait, cōtracta mutua amicitia. Duo igitur sunt secundū ipsum principia & uirtutes, inimicitia & amicitia: quarum altera unit, altera diducit.

Heras

Heraclitus Blesonis Ephesius, ex igne omnia esse dixit, & in ignem rursus resolui.

Prodicus quidam quatuor elementa Deos uocat, deinde Solem et Lunã. ex his enim omnibus uitalitatem esse dicebat.

Plato Atheniensis tria principia posuit, Deum, Materiam, & Formam: mundum autem factum & corruptibilem esse.

Aristoteles Nicomachi, iuxta aliquos Macedo à Stagiris, iuxta alios Thrax genere, dicebat duo principia esse, Deum & Materiam: & quæ supra lunam sunt, diuinae prouidentia esse; quæ uerò infra lunam, extra prouidentiam esse, & latione quadã temeraria ferri, prout contigit. Esse autem duos mundos, supernum & infernum: & supernum quidem incorruptibilem, infernum uerò corruptibilem.

Strato ex Lampsaco, calidam essentiam uniuersorum causam esse dixit.

Theophrastus Ephesius, Critolaus Phasilita Aristotelis opinionem sequuti sunt.

Zenon Citiensis Stoicus dixit, Deum omnia gubernare. Causas autem rerum partim in nobis esse, partim uerò non in nobis. Asserebat item animæ separationem à corpore, & uocabat animam spiritum longæuum: non tamen incorruptibilem per totum ipsam esse dicebat. Consumitur enim à multo tempore in interitum, uelut ait.

Epicurus Neoclis Athenis educatus, dicebat solum Fortunam gubernare omnia, & asserebat ex atomis et corporibus impartilibus uniuersa constare, et mundum infinitum esse.

60 EPIT. PHYSICORVM  
DE NATVRA, ET DE  
REBVS NATVRALIBVS, DE  
quibus disputatur in Secundo libro  
Physicorum Aristotelis.

<sup>1</sup>  
**C**um de primis principijs Aristoteles differuerit,  
proximum est, ut quarum rerum principia sint,  
& quæ illæ res sint ostendatur, uidelicet res na-  
turales. Ideo secundū locum obtinet disputatio de rebus  
naturalibus: quæ ut & ipsæ rectè intelligātur, & ab a-  
lijs quæ non per naturam, sed per alias causas, utpote ar-  
tem aut fortunam constāt, dextrè discernātur, prius quid  
sit & nominetur Natura, dicendum est.

<sup>2</sup>  
Initiō autem uocabuli Naturæ significationes tenen-  
dæ sunt, quas recenset Aristoteles lib. 5. *μτταφωσ*. Sunt au-  
tem hæ præcipuæ. 1. Natura est generatio seu natiui-  
tas primò nascentis: quo modo inesse à natura intelligi-  
tur à principio natiuitatis inesse. 2. Est principium  
primum existens, ex quo aliquid fit: ut materia est natu-  
ra rerum naturalium. 3. Est principium primum mo-  
tus & quietis, eius in quo est: ut forma substantialis est  
natura rerum naturalium. 4. Est id, ex quo prius in-  
formi aliquid fit, & cui iam certa forma inditur: ut æs  
est natura statuæ, aurum annuli. 5. Est forma & com-  
positio: ut constructio & series partium ædificij arte fa-  
cta, dicitur natura ædificij. 6. Est substantia corporea  
uel incorporea, cuius proprium est facere uel agere aut  
pati. In toto enim naturæ ordine oportet aliquid esse su-  
preum,



premiū, ubi consistendum est in inquisitione rerum.

7. Communi usu loquendi natura sæpe uocatur differentia specifica seu proprium, seu accidens inseparabile, seu efficacia cuiuslibet substantiæ & rei naturalis: ut natura ignis, est calefacere: natura iusticiæ particularis, suū cuiq; tribuere.

3

Quæritur autē, quæ ex his sit significatio, de qua proprie Physiici loquuntur. Ea ex prioribus tribus extruitur, potiss. tamē ex secunda & tertia, atq; ita definitur: Natura est principium & causa motus & quietis in re naturali, cui primò per se, & non secundum accidēs inest. hoc est, Natura est illud ipsum, à quo oritur essentia rerum naturalium, seu (ut clarius dicatur) est materia & forma. Has enim appellatio principij in definitione complectitur. Forma efficit motum & quietem. Materia uerò est principium subiectiuum utriusq;.

4

Dicitur autem causa motus & quietis, quia Natura est uis quædam in corporibus ciens motus: hoc est, generationem, corruptionem, & alias mutationes, ac firmās quietem: id est, cessationem à mutationibus. ut, materia & forma ignis est huius elementi natura: quoniam principia sunt, ex quibus ignis originē habet, essentiam & uires agendi.

5

Sic igitur natura & principium & causa dicitur motus & quietis: principium quidem, collatum ad totū compositum: causa uerò, quoad effectum. Reliquæ particulæ quæ adduntur, differentiæ sunt, quæ naturam ut substantiam

tiam



quit Aristoteles. Et fortasse non minus ineptè fecerit, quam is qui à primo uitæ initio cæcus de coloribus syllogismo erudiri uelit, quos uisu, non uerbis aut literis aut syllogismo deprehendimus.

9

Porro differunt hæc inter se, φύσις, φύσιν ἔχον & τὸ κατὰ φύσιν. Natura est ipsum principium mouēdi, ut dictum est, Ens habens naturam est substantia, quæ ex naturis, scilicet materia & forma constat: & aliàs uocatur Res naturalis, hoc aliquid, totum compositum, ens in actu, & corpus sensibile. Nam naturarum una, ut materia, semper est subiectū: & altera, uidelicet forma, est in subiecto. Secundum naturam siue à natura est aliqua proprietas, quæ sequitur id quod habet naturam: ut motus ignis sursum non est natura, nec est id quod habet naturam, sed est secundum naturam uel à natura. Sic in lapide, forma lapidis est natura lapidis: species autem siue substantia lapidis, est habens naturam, & grauitas lapidis seu motus deorsum, est secundum naturam.

10

Secundum horum trium aliquot accipienda sunt dicta autorum: ut,

Naturæ sequitur semina quisq; suæ:

Ἡ φύσις ἵππου σπέρματ' ἕκαστ' ἔχει.

Naturam expellas furca, tamen usq; recurrit:

τὴν φύσιν ἐκβάλλουσ' ἀλλ' ἔρχεται ὀπίσθαι,

& similia.

11

Natura duplex est: alia finita, de qua iam dictum est, alia infinita, quæ aliquando et Vniuersalis uocatur. Hæc

est

## 64 EPIT. PHYSICORVM

est prima causa, seu primus motor: hoc est, Deus ipse, iuuans & fouens naturam finitam.

Finis rursus duplex est: Vniuersalis & Particularis. Vniuersalis iterum secatur in Mathematicam & Physicam. Mathematica uis cœli & astrorum est, cuius tractatio ad Mathematicum pertinet, qui ἀφαριμασίαν δὲ θεωρίαν, id est rerum tanquam per se subsistentium, et à materia separatarum speculationem sibi uendicat. Physica est, cui superior competit definitio, de qua Physicus materiam nunquã separans commentatur. Atq; hoc modo, ut Aristoteles sæpe indicat, Mathematicus à Physico differt, quòd hic à materia & motu oculos nunquam auertit: ille uerò ἀφαριμασίαν ἰδίαν sibi proponit, ἧς ἀπλῶς αἰτίαι καὶ φύσει λεχωρισμένα, ἀλλὰ τῷ λόγῳ αὐτῶν καὶ τῷ τί τῶν εἶναι λεχωρισμένα ἀπὸ τῶν σώματων & τῆς φύσεως.

Particularis natura est, quæ in rebus singularibus et indiuiduis substantiæ corporeæ inest: ut cum dico, ex hoc ouo nascitur hic pullus. Ac non inconueniens est accommodatio uniuersalis & particularis naturæ Physicæ, ad primas & secundas substantias Dialecticorum.

12

Proprium naturæ est, inducere naturalem formam materiæ: & corrupta priore forma, aliam eidem materiæ formam indere.

13

Nunc sententiæ et opiniones aliorum quoq; qui naturam definiere uoluerunt, commemorari præcipuas operæ præciū uideatur, ut collatio aliqd lucis toti huic disputationi addat.

Antiphon naturam nominauit solam materiam, denegata forma. Eius argumentum hoc fuit:

Illud

Illud proprie uocatur natura, quod facta transmutatione superest. Materia facta transmutatione manet, forma non itidem. Si enim fulcrum in terram defossum fuerit, & putruerit, lignum quidem regerminat, quod est materia fulcri: forma uero non regerminat: Ergo materia recte nominatur natura.

Responsio. Antiphon intelligit formam artis, quam nullus Philosophorum saniorum ponit principium motus & quietis. Aliud est autem loqui de forma constituyente rem naturalem, secundum quam formam lignum potius a forma regerminat lignum, quam a materia: ut homo a forma generat hominem, & bos bouem.

14

Stoici, ut Cicero lib. 2. de Natura deorum indicat, dicunt naturam esse ignem artificiosum, ad gignendum progredientem uia, id est, certa ratione & arte. Ignem uocant illam ipsam uim caelestem & elementarem, a qua dixerunt Stoici oriri formas & animas, tanquam a fonte caloris impellentis postea corpora ad actiones. In reliquis particulis uolunt intelligi omnes species a Deo ordinatas esse ad certas & sibi conuenientes actiones, siue ad certum finem.

15

Non autem omnino conuenit Aristoteles cum Stoicis. Alius enim definitio multo est generalior, & fere tantum nominis enarratio. Stoici uero monstrant certum quiddam, quod naturam uocari uolunt: nempe ipsum corporum calorem ordinatum certo modo ad certas actiones.

16

Medici autem nominant totam substantiam & temperiem:

e

periem:

periem, quæ ex primis conflatur elementis. Sic enim Galenus lib. 3. de Temp. cap. 4. φύσιν δ' ὅταν εἴπω. Τὴν ὅλην ἀσίδεον ἢ ὑπερᾶσιν λέγω, τὴν ἐν τῶν πρώτων στοιχείων ὁρμῆς ἢ ἐν ψυχῆς ἢ ἐν ξυρῆς ἢ ἐν ὑγρῆς. Unde et res naturales medicis sunt hæc septem:

- 1 Elementa: ignis, aer, aqua, terra.
- 2 Temperamenta: calidū, humidū, frigidum, siccum.
- 3 Humores: sanguis, bilis flava, bilis atra, & pituita.
- 4 Partes homogeneæ & heterogeneæ in corpore.
- 5 Facultates: animalis, uitalis, naturalis.
- 6 Actiones: animalis & naturalis.
- 7 Spiritus: animalis, uitalis & naturalis.

17

Quemadmodum medici differunt à sententia Aristotelis in ponendis primis principijs: ita & ab ea in definitione naturæ distant, cum ad elementa tantummodo & ex his mixta respiciant: Aristoteles uerò illis priora quædam inquirere studeat.

18

In Ecclesia propriè uocatur Natura, tota illa uis & potentia, quæ alicui substantiæ & accidēti, seu unicuique speciei à sui creatione indita est à Deo, ad certos fines et actiones cuiuslibet speciei conuenientes, placens Deo, & congruens ad ordinem in mente diuina, utilis uitæ, & conseruata à Deo, quatenus eius ordo intelligitur, destinata ad bonum, ostendens Deum esse autorem & inspectorem totius creaturæ, & causam boni in natura. Huc pertinent, 1 Dispositio totius mundi, & partium eius:

- 2 Conseruatio specierum.
- 3 Perpetua specierum similitudo in generatione.

4 Vicissitudo

- 4 Vicissitudines temporum.
- 5 Ordinariæ reuolutiones luminarium.
- 6 Illustres noticiæ & dona in singulis hominibus.
- 7 Ordo & series causarum.
- 8 Testimonia conscientiarum, &c.

19

Ad hanc definitionem, quæ in Ecclesia illustratur, referimus & aliorum autorum sententias, qui naturam cõmendant, & eius utilitates prædicant. Vt Menander:

*ἡ φύσις ἀπάντων τῶν διδασκαλῶν ὑπαίτη.*

Natura cunctis semper imperat artibus. Et Aristoteles, Quod facit natura, est secundũ ordinem. Et Seneca: Tenenda est uia quam natura præscripsit, nec ab illa declinandũ est. Illam sequẽtib. omnia facilia & expedita sunt: contra illam uiuentibus non alia uita est, quã cõtra aquam nauigantibus. Idem alibi: Omnibus natura fundamẽta dedit, semenq; uirtutũ. Sic Cicero sæpe de natura loquitur, quæ doceat nos quid oporteat fieri, quæ in bonis sit habenda, quæ errare non possit, quæ sola ad uirtutem ducat, quæ norma legis sit. Iuuenalis:

Nunquam aliud natura, aliud sapientia suadet. Sed exempla passim extant.

20

Quòd natura sæpe mala nominatur, fit propter lapsum & corruptionẽ integritatis naturæ: sicut et mors propterea naturale quiddam, sed improprie appellatur: cum natura, ut dictum est, ad bonitatẽ Dei, quam creaturis exhibuit, proprie in Ecclesia referatur. Hæc de significatione et uaria usurpatione uocabuli naturæ sufficiant. Nos in hac materia Physica retinemus Physi-

e 2 canè

cam naturæ definitionem, traditam ab Aristotele, quæ proprie est naturæ eius, quæ & qualis in hac uita est.

21

Porro res naturalis est, quæ intra se habet causam motus & quietis: id est, corpus Physicum est substantia corporea, uel simplex, habens intra se principium sui motus à forma substantiali: ut cælum & elementa uel composita, seu potius mixta: ut meteora, metalla, plantæ, animalia, ex duobus uidelicet principijs Physicis, materia et forma naturali constantia.

22

Dicuntur res naturales, quia necessario in se, non aliunde, uel ex arte, uel fortuna, suam essentiam habent, quam natura ipsa eis suppeditat.

23

Cùm in definitione rei naturalis principales particule, quæ sunt essentia definitionis naturæ, ponantur, forsitan aliquis dubitare possit, an idem numero sit natura, & res naturalis. Tenue uerò discrimen est inter naturam & rem naturalem, quale inter abstractum & concretum uocabulum. Præterea natura perpetuò causa habetur: res uerò naturalis, si rectè æstimatur, non causa, sed effectus naturæ esse deprehenditur. Omnis enim res substantialis corporea, simplex uel mixta est, & dicitur res naturalis: ut aurum, argentum, animal. Has autem res nemo ignorat effectus esse naturæ. Sic ergo discerno rem naturalem & naturam, ut natura sit uocabulum abstractum, naturale uerò concretum, ut dialectici loquuntur: τὸ ἄφαιρέσιως, ἢ τὸ ἐν ἀφαιρέσει, ἢ τὸ λεχθῆναι μόνον ἢ τὸ συμπληρῶν, ἢ τὸ ἐν προαίσει. Deinde natura



natura est, causa, res naturalis eiusdem effectus. Cum uero effectus induant appellationem causae, quando ad suum effectum quem gignunt, referuntur ( ut homo est effectus naturae generantis: sed causa respectu sobolis ex eo generate) fit ut res naturalis sit ex genere causarum, si ratione sui effectus consideretur: & sic intellecta idē numero est quod natura.

Hæc cum de natura & re naturali dicta sint, proximum est ut consideretur quid natura ab arte, & res naturalis à re artificiali differat. Sciendum autem initio est, Aristotelem cum artem confert cum natura, loqui de Mechanica, ideoque tradere hanc definitionem: Ars est ratio recte faciendorum seu fabricandorum, ut Architectonica, τέχνη ἐστὶν ἕξις τῆς μετὰ λόγῳ ἀληθοῦς ποιήσεως.

Discernit Aristoteles uocabula scientiæ & artis. Nos hodie promiscue usurpamus. et ueteres quoque promiscue usurparunt: ut ostendit definitio artis, quæ extat apud Quintilianum, reddita ex Luciano: τέχνη ἐστὶ σύστημα ἐγνατάληψων ἐγγυμνασμένων πρὸς τι τέλος ὑψηλὸν τῶν ἐν βίῳ. Ars est ordo certarum propositionem, exercitatione cognitarum, ad finem utilem in uita. Primum ordine artes discendæ sunt ceu quodam systemate, id est graduum apta & concinna collatione & serie, quæ scala, uocatur iuxta illud: εἰ μὴ φυλάσσεις τὰ μικρὰ, ἀποδείξει τὰ μέγιστα. Deinde discendæ sunt certa & uera, non falsa aut incerta & ambigua, sed quæ comperta & approbata sunt comprehensione tali, quæ fit quasi digitis in pugnū contractis. Sic enim Cicero uertit λητάληψιν,

70 EPIT. PHYSICORVM

in Academicis. Tertio, usus est adhibendus, & exercitatio, quæ sophiam seu sapientiam, ut in uersu dicitur, gignere solet. Ultimo, finis est considerandus, & utilitas. His quatuor ars absoluitur, & scientia.

26

Nunc uerò de Aristotelica definitione agimus, quæ non ad ἱστορίαν scriptorum, nõ ad μέθοδον doctrinæ certis regulis comprehensæ, non ad θεωρίαν quò ἡ τέχνη ἑαυτῆς propriè respicit, non etiam ad πράξιν: sed ad solam ποιήσιν in Physicis refertur, quatenus uidelicet ars conferatur cum natura,

27

Quid autem intersit inter πράξιν, quod agere uerterunt, & inter ποιήσιν, quod est facere, considerandum est. Agere est operari, ita ut post laborem supersit nullum opus effectum: ut Grammatica docet regulas & structuram Latini sermonis, contenta est & acquiescit, non relinquit opus quoddam. Facere uerò est, aliquid fabricare, ut post laborem supersit opus effectum, nempe artificiale corpus: ut domus, tunica, pictura. Hæc discedente artifice extant & supersunt. Et de his uocabulum artis in Physicis accipitur, licet alibi & apud Aristotelem & alios aliter accipiatur.

28

Rectè dicitur, artem partim cognatam esse cum natura, partim diuersam a natura. Vnde Physicum quasi ἀξίωμα est: Ars naturæ æmula est. Imitatur enim & fabricat figuras substantiarum, & motus similes effectibus naturæ. Nam ut natura generat ex materia substantiam ac figuram hominis, ita ars eandem figuram ex lapide

pide



substantia incorporea, uel accidentia sensibilia uel insensibilia, & omnino res omnes quæ habent alias causas quàm natura.

**Triplex est ordo rerum non naturalium.** Aliæ insunt rei naturali secundum & per naturam: ut sunt qualitates primæ & secundæ, aliæq; accidentia, calor, frigus, humidum, siccum, graue, leue, affectus, itē animā cum suis potentijs. Aliæ res non naturales sunt præter naturam, id est, secundum, non per naturam: ut res artificiales, fortuitæ, uolūtariæ, uirtutes & uitia, iactus lapidis sursum. Aliæ deniq; sunt contra naturam, quæ sunt & oriuntur cōtra usitatum naturæ cursum: ut monstrū, miraculum, regressio solis, ignem non urere rem idoneam admotam, primæ rerum species ex nihilo creatæ.

**Ex his rebus non naturalibus Physica doctrina** quasdam tractat, quarū noticia necessaria est ad rei naturalis cognitionem: quasdam uerò omittit, quæ uel nil conferunt ad cognoscendum corpus naturale, uel aliarum sunt professionū. Sic **Physicus** nihil docet de uirtutibus & uitijs, de ui cœli & astrorum: hoc enim ad **Astrologum**, illud ad **Ethicum** pertinet.

**Differt res non naturalis à naturali, multis modis.** Hæc est semper substantia corporea, prima uel secundæ: illa uerò nunquam est substantia corporea, sed uel incorporea substantia, uel accidens. Deinde rei naturalis materia & forma certa est, & à natura absoluta et cōstans: rei non naturalis forma uaria & inconstans est,  
pro

pro arbitrio hominis, aut fortunæ. Hæc de natura, arte,  
re naturali, re artificiali & nõ naturali, dicta sufficiat.

QVÆSTIONES DE LOCO

Causarum per se, & per accidens.

Quid est causa?

**M**agna est utilitas huius loci in omnibus discipli-  
nis. Nã & principium eius, ex quo oritur hic  
locus, uerissimũ est quod est: Deus & natura  
nihil faciunt frustra: & usus eius latiss. patet. Hinc sunt  
illæ sententiæ: ἢν εἰδομένη ἀληθείς αἰὼν αἰτίας, Nõ scimus  
ueritatem sine causa: item, Scire est rem per causas co-  
gnoscere: Rei intellectus ex causis habetur: item, Tunc  
statuimus scire nos unumquodq; , cũ prima elementa &  
causas cognoscimus. Et Cicero, Nihil turpius, inquit, phy-  
sico esse potest, quàm fieri sine causa quicquam dicere.  
Et Virgilij uersus notissimus est:

Fœlix qui potuit rerum cognoscere causas. Est au-  
tem causa, ad quã aliquid sequitur, uel sequi potest, quod  
est eius effectus. Et hæc uocatur causa naturalis per se:  
ut, Ouum est, Ergo potest esse pullus.

Quotuplex est causa?

Duplex: Alia est causa per se, alia per accidens. Cau-  
sa per se est, qua posita in actu, necesse est sequi effectũ,  
coniunctis omnibus per se causis: & qua nõ posita in ac-  
tu, non sequitur effectus. Causa per accidens est, qua po-  
sita in actu, nõ necesse est sequi effectum, sed interdum se-  
quitur propter aliud.

Quomodo discernitur uerè causa, à cau-  
sa sine qua non?

Verè causa est, quæ non adest ociosa, sed reipsa agit  
e 3 aliquid

aliquid in producendo effectu: aut est pars eius rei quæ constituitur. Causa uerò sine qua nō, *ὡς ἐν αὐτῷ* dicitur, quæ nihil agit & nihil constituit: sed ita adest, ut sine ea non fieret effectus: etsi non adesset, impediretur agens, ideo quia illa non accessisset. Ut, remotio puris est causa sine qua non curationis uulneris. Et sic quidam in Ecclesia dicunt, bona opera esse causam sine qua non iustificationis & salutis. Sed propter uocem causæ, periculosum est ita loqui.

Est & hoc cōsiderādū, causam sine qua non, nō esse eandē cum causa per accidens. Nam causa sine qua nō, necessariò requiritur ad producendū effectū: ut in exemplo de remotione puris iam ostensum est. Causa uerò per accidens, fortē ita adest, & non necessariò requiritur.

Quot sunt genera causarum per se, de quibus Physicus loquitur?

Quatuor: Materialis, Formalis, Efficiens, et Finalis. Nec sunt plura genera causarum: quia tantum sunt quatuor termini, quibus in causis rerum inquirendis utimur: uidelicet ex quo, per quod, à quo, et propter seu ad quod. Primum materiæ, secundum formæ, tertium efficienti, quartum finali, causæ tribuitur. Platonici addiderunt ad hæc quatuor genera causarum quintam questionem, πρὸς τι, ad quod: & eam distinxerunt à questione ἀπὸ τι, propter quod. Vocarunt enim Ad quod, quo quærimus causam exemplarem, ut ita dicam: quam imitatur is qui aliquid facit, quasi ad cuius formam & ipso formam suæ materiæ indere cupiat. Sed hodie in Scholis ferè eadem est quæstio, quamuis non planè eadem propter quod, & ad quod. Nam utraque particula, Proc

la, Propter & Ad, inquit usum seu finem rei.

Discernuntur autem hæc quatuor genera causarum hoc modo: Duæ dicuntur exteriores, quæ sunt extra id quod fit, ut efficiens & finalis: duæ sunt interiores, quæ sunt partes rei constitutæ, ut materia & forma.

Quomodo medici discernunt exteriores & interiores causas?

Quanquam medici tantum de efficientibus loquuntur: tamen quia eorum discrimen eruditè discernit exteriores & interiores causas, non est absurdum id intelligi de omnibus quatuor generibus causarum. Vocant autem internam causam *προνοητικὴν* primitiuam, uidelicet aliquam internam dispositionem: externam causam nominant *προκαταρτιτικὴν*, imitricem & uelut efficiētem & impellentem ad aliquid istam internam. Atque huic diuisioni cognata est & illa, quæ ponit alias causas impulsas, alias impulsuas: ut uoluntas est causa impulsas, quādo agit: obiectum uerò monstratum est causa impulsua, & efficiens. Ita *προνοητικὴν* & impulsas non incommodè de materia et forma, *προκαταρτιτικὴν* uerò et impulsua de efficiente & finali causa intelligi potest.

Quid est causa materialis?

Ex qua cum aliquo fit aliquid. Nam rerum naturalium materia est, ex qua cum forma fit compositum.

Differunt ne materia & subiectum?

Differunt. Nam materia est rerum quæ fieri possunt & debent: Subiectum uerò est rerum iam factarum. Ut res dum est rude & sine forma, dicitur materia: postquā uerò fuerit formatum in Mercurium aut Apollinem, uocatur subiectum.

Quo-

Quomodo diuiditur causa  
materialis?

Alia est causa materialis primò, alia secundò. Illa est cuius definitio iam posita est: quæ uidelicet complectitur omnem materiam ex qua rerum naturalium: ut corpus est, ex quo cū anima rationali fit homo. Causa autē materialis secundò est, in qua, ut in subiecto, est et fit aliquid.

Hæc aliàs dicitur materia in qua, seu materia subiectiua. Omnis enim forma in materia est, ut in suo subiecto.

Discernuntur autem causa materialis primò, & causa materialis secundò, propriè hoc modo: Si ad rem naturalem spectamus, cuius materia pars est, dicitur causa materialis primò, seu materia ex qua. & dicitur materialis primò, propter primam & principalem materiae significationem: cū Physicus propriè uocet materiam, ex qua aliquid fit. Si uerò ad formam substantialem siue ad accidentia spectamus, quorum materia subiectū est, dicitur causa materialis secundò, seu materia in qua.

Quid est causa formalis?

Est, per quam res habet esse. Nam præsentē forma res est, & absente forma res amplius non est: ut ignis habet suum esse per suā formam, qua discedēte à materia, ignis perit. Ideo usitatè dicitur: Forma dat esse rei, & eā conseruat in esse.

Quotuplex est causa formalis?

Duplex: Alia est substantialis, quæ dat esse substantiale, & ipsa est substātia, non qualitas, non quantitas, non tēperamentū rei. ut, anima est forma substantialis, seu endelechia prima. Alia est accidentalis, quæ dat esse accidentale, & ipsa est accidens: ut per albedi-

nem



nem nix est alba, per frigiditatem aqua est frigida. Hæc distinctio utilis & necessaria est etiam in Ecclesia. ut cum dicitur, Formale peccati, id est reatum tolli in baptismo, & manere materiale, seu ipsum morbum: opponi solet, Forma dat esse rei: Formale peccati tollitur in baptismo: Ergo & ipsum esse peccati tollitur, ut plane nihil adsit & maneat. Respon. Maior seu regula Physica loquitur de forma substantiali: ut anima est forma substantialis quæ dat esse & uitam. Nunc ad minorem respondeo. Peccatum est accidens, cuius formale tollitur in baptismo, non ut non sit peccatū in homine amplius, sed ne amplius dominetur, & ne damnent personam receptam in gratiam propter mediatorem.

**Quid est idea?**

Est species cōcepta in intellectu, & abstracta à substantia uel accidente, & accommodata ad opus cui inditur talis forma, qualis est impressa idea.

**Referenda ne est idea ad formam, uel ad causam efficientem?**

Quatenus idea consideratur in subiecto composito, hoc est quatenus ipsa rei forma statuitur, tum dicitur & est forma rei. Si uerò refertur ad intellectum operantis architecti, uel iudicantis, tum dici potest causæ efficientis pars, quia adiuuat efficientem ut recte operetur & dextre iudicet.

**Quid est causa efficiens?**

Est externa causa, à qua aliquid fit tanquam à mouente primario: hoc est, à qua fit motus per operationem, & quies per cessationem, iam perfecto opere.

Possunt

la est  
titur  
orpus  
ma-  
quid.  
ecti-  
ecto.  
cau  
na  
causa  
ate.  
teria  
iam,  
sue  
est,  
l.  
rma  
is ha  
eria,  
et  
an-  
itas,  
tia-  
qua  
edis  
nem

Possuntne materia & forma esse sine  
causa efficiente?

Non: Sed efficiens causa est, quæ ex materia & po-  
tentia producit formam in actu.

Quæ est prima diuisio causarum  
efficientium?

Alia est Naturalis, quæ agit sua naturali vi sine cogi-  
tatione: ut, ignis urit. Alia est uoluntaria, quæ agit cum  
deliberatione: ut, homo agit uoluntarie, id est, potest age-  
re, uel omittere, uel abrumpere actionem.

Quomodo differunt causæ naturales  
& uoluntariæ?

- 1 Causæ naturales oriuntur à qualitatibus quæ formam  
substantialem proprie comitantur: sed causæ uolunta-  
riæ oriuntur à potentia cogitante de re, & libera.
- 2 Naturales causæ obiecto idoneo admoto non pos-  
sunt non agere: uoluntariæ uerò sunt liberæ.
- 3 Naturales uno modo per se agunt, nisi quid impedi-  
at, ut inquit Aristoteles: Idem & eodem modo se habens  
semper idem natura efficit. ut, ignis semper calefacit.  
Voluntariæ uerò agunt diuersis modis: ut, Homines aliàs  
iuste, aliàs iniuste agunt. Contra, Sol durat lutum, & li-  
quesfacit ceram. Ergo natura non agit uno quodam cer-  
to modo. Respon. ad antecedens: Ea diuersitas fit ratio-  
ne subiecti, in quod natura solis agit. Sol enim semper ca-  
lefacit: ideoq; resoluit, & humiditatem extrahit. Resol-  
uit in cera, quæ est plena aeræ humiditatis. humidi-  
tatem extrahit: ut in luto, quod est  
terrestre.

Aliud.

## Aliud.

Vinum cum incendit corpora, desiccatur et frigescit, eum aliam humectat & calefaciat.

Brgo natura non agit uno modo. Respon. ad antecessens. Id fit non per se, sed per accidens. Vinum natura semper calefacit & humectat: sed cum nimium incendit corpora, sequitur desiccatio calore naturali absumpto, & diminuto humido radicali: ideo corpora desiccata incipiunt frigere.

## Quomodo medici efficientes causas distribuunt?

Aliud efficientium uocant principale seu ἀίτιον, quod uidelicet plus agit: & quo non agente, cetera nihil efficiunt. Aliud uocant minus principale, συμμάτιον, cuius dignitas est minor, & actio languidior. Aliud denique nominant instrumentale, σύνσπον seu ἐργασιον: quod adiuuat & cooperatur. ut, Honestarum actionum ἀίτιον est mens & uoluntas, συμμάτιον inclinatio bona, σύνσπον doctrina & assuefactio. Sit & hoc exemplum.

Hydrops est morbus epatis, qui causatur ex re frigida plurima, ingrediente & inflante membra aut loca partium in quibus fit digestio ciborum aut humorum, & extinguente uirtutem quae gignit sanguinem. ἀίτιον hydropis est, illa ipsa in epate extinctio uirtutis gignentis sanguinem ex nutrimento, & expellentis superfluitates. Haec extinctio inde accidit: cum epas fit frigidius & humidius, & penè putrescere & lacerari incipit, tunc corpus paulatim repletur cruda humiditate, cum sit uirtus conuertendi nutrimenti in sanguinem extincta: et intus accenditur calor praeternaturalis et febrilis augens mens

dosans

80      **EPIT. PHYSICORVM**

dosam sitim, cum non fiat expulsio superfluitatum. *οὐκ  
αἰτίου* autem est *λαροχυσμία* in uentriculo, qua uis epatis  
languescit, cum crudus chylus in epar ex uentriculo fera-  
tur. Deinde *οὐόσπυον* uarium est: ut ingurgitatio immo-  
dica, crapula, intempestiui labores, lucubrationes, tristitia,  
Venus, &c.

**Quæ diuisio Physicorum congruit cum  
hac diuisione Medicorum?**

Physici dicunt, efficiens aut esse principale, quod per  
se producit effectum: & hoc idem est quod *αἰτίου*. Aut  
esse disponens seu præparans, quod uel foris agentia ap-  
plicat, & tunc ferè idem est quod *προαίτιον*: uel  
aliqua interiore præparatione efficit subiectū ad alias  
actiones idoneum, & tunc ferè idem est quod *προσ-  
αίτιον*. Tertio, aut esse adiuuans, quod idem est ac *οὐκ  
αἰτίου*, quod uidelicet cum principali causa concurrat,  
& eam inter agendum adiuuat: ut somnus est causa ad-  
iuuans coctionem uentriculi. Quarto, aut esse inser-  
uiens & conseruans, *ὑπερτιόν*, ferè idem quod *οὐκ  
αἰτίου*. Quinto, aut deniq; esse consulens, idem quod  
uoluntaria causa.

**Quæ est tertia diuisio causarum  
efficientium?**

Alia causa est totalis: ut pater & mater sunt suffici-  
entes ad producendam sobolem. Alia causa est partia-  
lis, ubi plura efficientia requiruntur ad unius effectus  
productionem.

**Quoruplices sunt causæ totales?**

Alie sunt ordinatæ & copulatæ essentialiter, quarū  
uidelicet una sine alia effectum in natura ordinatum ef-  
ficere

ficere non potest, etiamsi uis eius ualde augetur: ut pater & mater sunt causæ copulatæ generationis. Aliæ non sunt necessariò, sed accidentaliter copulatæ, ita ut una, si uis eius fuerit aucta, effectû producere possit: ut duo boues trahentes aratrum, quorum alter aucto robore illud solus trahere posset.

**Quomodo Philosophi usitatè diuidunt causas efficientes?**

Alias dicunt esse uniuersales, alias particulares, non autem eodem modo definiunt. Platonici enim uniuersalem causam nominant primam causam, scilicet Deum foventem naturam: Aristotelici uerò eandem uocant motum cœlestem, & uim luminis astrorum, & hoc modo hodie intelligitur in Scholis uniuersalis causa. Deinde particularis est Platonici eadem, quæ alias uocatur secunda causa: hoc est, & uis luminis astrorum, & uis qualitatum in elementis. Huic diuisioni cognata est & hæc: Alia est remota, alia propinqua causa. Remota coniungatur cum uniuersali, Propinqua cū particulari, quæ est proxima effectui.

**Cùm ergo tot sint diuisiones causarum, præsertim efficientium, quas præcipuè inquit Physicus?**

Physicus omittit cœlestes causas, & tantùm causas propinquas, hoc est, in materia inferiori existètes inquit: uidelicet Materiam, Formam, Efficientes & Finales; & si quas habet efficientium diuisiones, non euagatur extra propinquas causas.

f

Prò=

EPIT. PHYSICORVM  
 Progrediuntur ne hæ Physicæ causæ  
 in infinitum?

Nequaquã, sed causæ per se finitæ sunt. si enim in his  
 esset processus in infinitum, ordo causarum turbaretur,  
 ita ut nullæ essent propinquæ, nullæ remotæ. Hinc causa-  
 rum specie cõfusa, sequeretur etiam specierum & effe-  
 ctuum, & totius naturæ confusio.

Proba, causas has non uagari in  
 infinitum.

De materia & forma hæc est probatio. Substantiæ  
 corporum finitæ sunt: Materia & forma sunt substan-  
 tiæ corporum: Ergo eas finitas esse necesse est. Maior  
 est uerissima: quia mundus finitus est, ergo & corpora  
 finita sunt. Nam continens finitum, non cõplectitur con-  
 tentum infinitum. Iam de finali causa quoque facile con-  
 stat, quòd non uagetur in infinitum, cum enim formæ  
 finitæ sint, necesse est & causas finales finitas esse: hæ  
 enim à formis rerum oriuntur. Deinde fines finiti sunt:  
 nisi enim id ita esset, natura nunquam perueniret ad fi-  
 nem. Igitur & causæ finales finitæ sunt, quia sunt noti-  
 ciæ uel inclinationes de fine. Hinc oritur etiam proba-  
 tio de efficientibus quòd finitæ sint, hoc modo: Causæ fi-  
 nales sunt finitæ: Ergo & efficientes sunt finitæ. nam  
 cum mouentes sint finitæ, etiam motus finitas esse neces-  
 se est. Deinde, si efficientes uagarentur in infinitum, tur-  
 baretur causarum series: quod est absurdum. Ergo sententia  
 retinenda est, quatuor genera causarum finita esse.

Quid differunt actiua causæ, signa & occasiua,  
 & occasiones à quibus?

Causæ sunt uel pars rei quæ sit, uel agunt aliquid. Si

gnæ

gna autem tantum comitantur uel antecedunt effectum  
causae, & sensu percipiuntur. Occasiones sunt circum-  
stantiae, quae agenti uiam praebent.

**Quid est causa finalis?**

Est, cuius gratia aliquid fit: ut sanitatis causa fit exer-  
citiū, alimentum, & moderata requies.

**Quotuplex est causa finalis?**

Duplex: Alia est prima, alia est secunda. Illa est,  
quae ulterius in aliud non ordinatur: ut homo collatus ad  
ea quae sunt in inferiore mundi regione. Secunda est,  
quae ulterius ad aliud ordinatur: ut animalia ratione ca-  
rentia ad hominem, & sanitas ad conseruationem indi-  
uidui & totius speciei.

**Quid differunt causa finalis & finis?**

Causa finalis est, cogitatio de fine & usu rei, mouens  
ad agendum: Finis uero, est ipse usus rei.

**Quotuplex est finis?**

Duplex. Alius est legitimus & congruens, ad quem  
res aut actio uere ordinata est: ut uesci ruta, ut corpori  
addatur medicamentū. Alius est aberrans, seu non con-  
gruens: ut uti ruta, ut pellantur incantationes.

**Quotuplex est finis legitimus?**

Etiam duplex est. Alius est principalis & ultimus: al-  
lius est minus principalis & medius. Ultimus uocatur,  
quem cum acquisiimus, solemus acquiescere, nec porro  
quaerimus alium finem: ut, belli finis ultimus est, honesta  
pax: medius finis, est uictoria.

**Quotuplex est finis medius?**

Duplex. Alius est subordinatus, alius non subordina-

tus. Subordinatus est, qui ordine quodam comitatur aut antecedit principale finē: ut uictoria antecedit pacem. Non subordinatus est, qui nullo ordine: sed quoquo modo concurrat: ut præda in bello.

**Agit ne natura propter finem?**

Agit. Natura enim nihil agit frustra. et ratio est, quia res præcipuæ in natura sunt ordinatæ, & appetunt certos fines. Ergo mens eas ordinans cogitauit finem.

**Contrà:**

Multa accidunt errata in natura, ita ut multa aliter fiant quàm fieri debebant: Ergo natura nõ agit propter certum aliquem finem. Respon. Est fallacia à dicto secundam quid, ad dictum simpliciter: quia manet ordo in conseruatione specierum uniuersaliter, etiamsi interdum in aliqua parte materiæ confusio aliqua accidit.

**Aliud.**

Natura de his quæ agit, nec deliberat, nec cõsultat: Ergo non potest agere propter finem. Antecedens probatur ab exemplis. Natura ignis talis est, ut calefaciat: nec tamen natura ignis quicquam deliberat, aut consultat. Respon. Dextrè intelligendum est, cum dicitur, Naturam agere propter finem, uidelicet consilio Dei species in uniuersa natura ordinatas esse ad certum finem seu effectum: ut natura ignis à Deo ita facta est, ut calefaciat.

Quod autem quæritur, An nihil quod inusitato ordine naturæ fit, à natura fiat: facilis respoñsio est. Illa prodigia quæ ad Physicos pertinent, possunt dici quòd fiant à natura, dextrè intelligendo, cum habeant causas naturales, ut sunt hæc duo, Meteora & Monstra.

Quid



## Quid sunt prodigia?

Sunt species seu res natæ præter usitatum naturæ ordinem, quæ aliquid plerunq; significant seu prædicunt.

## Quot sunt genera prodigiorum?

Quatuor: Spectra, Ostenta, Monstra, & Meteora.

Spectra sunt species certæ, offerentes se hominum oculis: quæ aliàs sunt boni, aliàs mali angeli.

Ostenta sunt res inusitatae, quæ prorsus præter naturæ ordinem fiunt, in aere, aut in terra, aut in animantibus, & aliquid significant seu ostendunt. Nequaquam autem Spectra & ostenta causas físicas habent, nec ea intendit natura: hoc est, non fiunt naturæ ordine, sed fiunt consultò, aliàs à bonis, aliàs à malis angelis, & interdum immediatè à Deo ipso.

Monstra sunt, formæ abhorrentes à figura suæ speciei, quæ nascuntur aut in plantis, aut animantibus: & plerunq; aliquid significant seu monstrant. Vocantur & Portenta, si in hominum specie accidunt, quia aliquid portendunt. Fiunt autem ex uario materiæ fluxu, uidelicet uel ex abundantia materiæ, quæ plus efficit in illa de formi figura quàm in figura ueræ speciei conspicitur: uel ex defectu materiæ, cum minus adest, quàm requiritur ad ueram formam ueræ speciei.

Meteora sunt impressiones quæ fiunt in aere, & in uicino elemento, & plerunq; aliquid de humanis euentibus significant. Habent autem monstra & meteora plerunq; causas físicas, & etiamsi interdum aliquid fit uel Dei uel angelorum consilio, uel interdum insidijs satanæ: tamen quia causa est ordinata, sequitur & effe-

Etum aliquo modo, & plurimū ordinatum esse: quame-  
uis non necesse est singulas partes materiae in his fragili-  
bus corporibus certo ordine ferri.

**Quid prodest ostendi signa, si semper aliquid  
significant, ita ut euentus qui signifi-  
catur, uitari non possit?**

Prodest praecipue duas ob causas, Primum, ut scia-  
mus hunc mundum regi prouidentia, & euentus non ca-  
su sequi. Secundo, ut precibus & conuersione ad Deum  
mitigemus impendentia mala: & euentus qui significan-  
tur, si non omnino, tamen aliquo modo uitare possimus.  
Haec de causis Physicis per se.

**Quid est effectus?**

Est id quod oritur ex causis per se.

**Quotuplex est effectus?**

Quadruplex. Quia cum causa & effectus habeat se  
ad inuicem correlatiue, & cum sint quatuor causae, sic  
etiam effectus. Alius dicitur materiae, alius formae, alius  
efficientis, alius finalis causae.

Effectus materiae, est opus quod ex materia existente  
consequi potest, uel consequutum est: ut culter ferri, fae-  
tus effectus seminis.

Effectus formae, est opus sequens formam cuiusq; rei:  
ut cadere deorsum est effectus lapidis, prout lapis est.  
Atq; huc pertinent naturales potentiae & impotentiae,  
& harum potentiarum actiones propriae.

Effectus efficientis, est opus consequens operationem  
efficientis actu, & non cessantis, neq; ociosi: ut aedificiū  
est effectus architecti, factus est effectus generantis, dies  
effectus

effectus solis, &c. Huc pertinent actiones externae, quae sunt effectus potentiarum & proprietatum.

Effectus causae finalis, est opus exhibitum propter ultimum, seu medium finem assequendum: ut pax seu victoria est effectus belli.

Quare Physico necesse est quatuor poni causas, & totidem effectus?

Quia si est materia aliqua, illa nihil agit. Necesse est igitur ut accedat agens, quod exaedificat materiam, et illud agens dicitur efficiens: exaedificatio uero & perfectio dicitur forma. Natura autem nihil agit frustra aut temere: Ergo necessario finis addendus est. Quia autem effectus est correlatiuum causae, sequitur, et totidem, nec pauciores nec plures effectus, siue euentus ponendos esse.

Quis est ordo causarum per se?

Finis mouet efficientem: efficiens mouet materiam: materia mota, introducitur forma.

Possunt ne causae sibi inuicem esse causae?

Possunt, sed diuerso modo: ut laborans est causa efficiens sanitatis, sed sanitas est causa finalis laborandi.

Quid est causa per accidens?

Est, qua posita in actu, non necesse est sequi effectum: sed interdum sequitur propter aliud, quod est per se causa.

Habet ne causa per accidens se semper eodem modo, & in actione, & producendo effectum?

Non. Nam interdum est unus effectus, & duo sunt agentia: unum per se, alterum per accidens. Interdum uo

§§ EPIT. PHYSICORVM

num est agens, & duo sunt effectus. ut in febris duo sunt agentia, quæ efficiunt temperantiam: quorum alterum est per se, uidelicet uoluntas: & alterum est per accidens causa temperantiæ, ipsa febris. In fossione uerò ubi inuenitur thesaurus, una est actio, ipsa scilicet fossio. & duo sunt effectus, quorum alter dicitur ordinatus & intentus: ut uinitor fodit, ut uites plantet. alter uocatur in speratus, & non intentus: ut inuentio thesauri.

Quando duo sunt agentia, et unus est effectus, propriè nomen causæ alteri agenti per accidens tribuitur?

Non propriè ei tribuitur, quia tantum est accidens alterius & primi agentis, quod per se agit: ut febris est accidens uoluntatis in efficienda temperantia. nam uoluntas poterat sine febris efficere temperantiam. Ad hunc modum respondetur ad argumentum, quod Iulianus apostata Augustino obiecit:

Peccatum non gignit hominem:

Concupiscentia gignit hominem:

Ergo concupiscentia non est peccatum. Respon. ad minorem: Concupiscentia est causa per accidens generationis humanæ, cuius uera & per se causa est natura seu potentia generatiua: & concupiscentia est accidens naturæ, & poterat natura sine hoc accidente facilius generare. Quod autem hoc accidens postea dicitur causa eiusdem effectus, id fit impropriè, usu Scholarum ita loquentium.

De quo modo causæ per accidens loquitur Aristoteles?

De illo, in quo sunt duo effectus, & tantum una est actio.

actio: hoc est, cum euentus alij accedunt præter eos qui cogitati aut ordinati sunt.

**Quot ponit Aristoteles causas per accidens?**

Duas: Fortunam & Casum. *Fortuna est agentium cum ratione & deliberatione, uidelicet hominum. Casus autem, est agentium sine ratione & deliberatione.*

**Quæ est diuisio eorum quæ fiunt?**

Quædam fiunt propter hoc, id est, propter ordinatum & intentum finem causæ efficientis. Quædam non fiunt propter hoc, quando scilicet non cogitatus euentus accedit ad cogitatum: ut inueniri thesaurum à fossore.

**Quotuplicia sunt illa quæ fiunt propter hoc?**

Duplicia. Quædam fiunt à proposito, id est, à libero arbitrio, & uoluntate uel consilio hominis: ut sunt omnes res uoluntariæ & artificiales. Quædam uerò fiunt à natura: ut res naturales. Et hæc quæ à natura fiunt, sunt triplicia. Quædam semper fiunt: ut oriri solem mane, occidere uesperis. Quædam, etsi non semper, tamen frequenter fiunt: ut pluuiam generari ex uapore. Quædam deniq; fiunt raro: ut tonitrua in bruma, gemmæ arborum hyemali tempore.

**Quid est fortuna?**

Est causa per accidens, in habentibus propositum eorum euentuum, qui accidunt agentibus nõ propter hoc, neq; semper, neq; frequenter, sed raro: ut si quis fodit sepulchrum, & inuenit thesaurum, ei more Physico dicitur adesse Fortuna. Significat autem uocabulum

Fortuna nō semper eodē modo. Interdū enim, & uulgō quidē, significat ipsum euentū & effectū fortuitum: ut, Fortunam Priami cantabo & nobile regnum.

Interdum significat causam aliquam uel occultā, uel conspicuam: ut,

Passibus ambiguis fortuna uolubilis errat.

Et in illo somnio Eobani:

Da tandem fortuna uiam, iuuat ire per altum.

Vnde factum fuit, quōd aliqui Fortunam numen esse dixerunt: ut Romani extruxerunt ei ædem & aras, & sacra fecerunt. Poetis Fortuna plerunq; idem est quod fatum. Physicis uerō significat causam per accidēs, producentem effectus fortuitos.

#### Quid differt fortuna à fato?

Fortuna est causa per accidens: Fatum uerō est causa per se. & cūm utrunq; Fatū & Fortuna uersentur circa eundem euentū, is respectu fortunæ, fortuitus: ad Fatum uerō relatus, per se, et fatalis euentus dicitur. Quia autem causæ per se fortunæ sunt, Deus, & inclinatio astrorū: ideo si fortuna pro causis quas habet per se intelligitur, ut saepe fieri solet, nullum discrimen est fortunæ et fati, præsertim apud poetas. sic enim genus habent commune, causam per se.

#### Quid est Fatum?

Fatum à fando, id est decernendo, græcè *ωιπρωμειν* & *ειμριμειν*, à diuidendo proprie, significat prouidentiam seu decretum diuinum, de re quam gubernat uoluntas Dei, ut proxima causa, & non causæ secundæ.

#### Quotuplex est Fatum?

Quadruplex. Historicum, seu Poeticum; Physicum, seu

LIBRI II.

95

seu Astrologicum; Stoicum; & Aristotelicum, seu Peripateticum.

Fatum historicū est, quod significat decretū diuinū, seu diuinam prouidentiam, & determinationem in bonis rebus & factis, non in sceleribus. ut, Daniel seruatur inter leones fato, id est uoluntate Dei: Iulianus punitur fato, id est iusto Dei decreto. Sic plerunque intelligendū sunt uersus Poetarum, quando fati mentionem faciunt, ut Lucanus:

Sed quò fata trahunt, uirtus secura sequetur.

Et in illo Epitaphio:

Vixi dum uolui, uolui dum fata uolebant,

Nec mihi uita breuis, nec mihi longa fuit.

Et quia diuina prouidentia auocat homines ex hac mortali uita, inde Poetæ fatum intelligunt mortem, et ipsam mortalitatem. ut, Lucanus:

O sacer & magnus uatum labor, omnia fato

Eripis, & donas miseris mortalibus æuum.

Quot sunt præcipuæ species Fati historici in genere?

Tres ferè sunt: quarum prima dicitur Præuisio, præuisio, & scientia rerum futurarum, græcè προύγνωσις.

Secunda uocatur Decretum, προβουλήσις. Tertia speciali nomine Prouidentia, πρὸνοια.

Præuisio dicitur, qua Deus præuidet omnia, quomodo, ubi, & quādo sint futura: & si mala sunt, metas constituit, ne ulterius ruant aut grassentur mala.

Decretum est, actio uoluntatis diuinæ, decernentis aliquem euentum: qui etsi sua natura contingens est, tamen fit necessarius, necessitate consequentiæ: scilicet

ce

92 EPIT. PHYSICORVM

et propter uoluntatem Dei, à qua sola ille euentus pendet: ut Deus pater decernit missionem sui filij in carnem, & resurrectionem mortuorum, & patefecit hæc sua decreta.

Prouidentia est actio uoluntatis diuinæ, qua Deus sustentat & gubernat ordinem à se conditum & institutum: & suo operi impertit lucem, motum & uitam.

Quid est fatum Physicum?

Est series naturalium causarum, scilicet positus stellarum, & earundem copula, cum temperamentis & inclinationibus, uel in elementis, uel in animantium corporibus, qui positus causa est certarum qualitatum.

Quid est fatum Stoicum?

Est connexio primæ causæ & secundarū causarum, imponens absolutam & ineuitabilem necessitatem rebus fatalibus. Hoc fatum nominant Stoici ἀνάγκη simpliciter. Est autem duplex peccatum in hoc fato. Primum, quòd dicunt Stoici Deum esse alligatum ad causas secundas, & non posse aliter agere Deum quam ut illæ causæ cient. Secundò, quòd uoluntatem hominum dicunt impelli à Deo ad bona & mala simpliciter, atque ita Deum authorem malorum faciunt. Hinc sunt illæ uoces: Fatum esse immutabile, Fatum ineluctabile: Fata regunt homines, certa stant omnia lege: Fatum nec ignis, nec ferreus murus arcere potest: Fatum inexorabile, insuperabile, immotum, ferreum, &c. Et Plato in Dialogo de Repub. uel de iusto, dicit, Parcas filias Fati sedere æquali spacio collocatas in throno Fati seu Necessitatis, albis uestimentis, coronato capite, & digitis torquere fusum & pensum Necessitatis ex adamante fas



le factū: & canere ad harmoniam coeli præterita, præ-  
sentia & futura: animas uerò nascentium ascendere ad  
thronum Necessitatis, & ibi sortiri fata ex genibus La-  
chesis sumta. Nomina Parcarum ponit hæc: prima est  
Clotho, à uoluendo dicta: deinde Lachesis, ipse est euen-  
tus: tertia est Atropos, immutabilis. de qua dicitur, Factū  
infectum fieri nequit.

Execranda est autem hæc Stoica necessitas, quæ &  
in Deum contumeliosa est, & nocet moribus & uitæ ho-  
minum. Argumenta autem Stoicorum *ἡ ἀνάγκη* *ἢ αἰτία* *ἢ ἔκστασις*  
consideranda sunt iunioribus, quorum quinque potiss. sunt,  
quibus obtinere conantur, omnes euentus & actiones bo-  
nas & malas accidere inuitabili necessitate. **Primum**  
est hoc: Impossibile est duas contradictorias simul ueras  
esse: Hæc est uera, Cicero erit consul: Ergo impossibile  
est, contradictoriam esse ueram, Cicero non erit consul.  
Si autem impossibile est hanc esse ueram: sequitur, alte-  
ram necessario ueram esse, Cicero erit consul.

**Secundum** est: Causæ sunt connexæ, ut seruetur na-  
turæ perpetuitas. Sed connexæ agunt necessario: ut, ter-  
ra non gignit fruges, nisi præparetur calore Solis: eodē  
modo sicut Sol terram alterat, sic obiectis uoluntas mo-  
uetur: Ergo est immota necessitas motuum et actionum.

**Tertium argumentum** est: Determinatio diuina est  
immutabilis, & necessaria: Omnia eueniunt Deo deter-  
minante: Ergo omnia eueniunt immutabili necessitate.

**Quartum** est: Secunda causa non agit sine prima: Se-  
cunda causa est efficax malarum actionum: Ergo etiam  
prima.

Horum argumentorum ueræ & breues solutiones  
tenendæ

tenendæ sunt. Ad primum igitur respondeo: Hanc propositionem, Cicero erit consul, quatenus est propositio de futuro contingenti, nequaquam esse determinatè ueram. Veritas enim sequitur esse rei, id est, res existens dicitur esse uera aut falsa: & sicut res habet esse, ita est uera propositio. Futurū autem contingens adhuc incertum est re ipsa: Ergo & propositio est incerta re ipsa. Cum igitur hæc incerta sit, Cicero erit consul: nondum sequitur alteram esse impossibilem, Cicero non erit consul. Deinde, etiamsi minor uera est necessitate consequentiæ, scilicet quia sic eueniet: tamen notum est, necessitate consequentiæ non simpliciter intelligi, inferri aut confirmari necessitatem.

Ad secundi argumenti maiorem respondeo: Etiam si de naturaliter agentibus uerū est, esse aliquā connexionem: tamen nequaquam est necessaria cōnexio uoluntatis ad obiecta. Voluntas enim libera est, & potest obiectis assentiri, uel aduersari. Et magnus error est, & insulfitas, confundere dissimilia genera causarum, naturales, & liberā. Nam etiamsi mouet iniuria Achillē, & incendit ira: tamen uoluntas imperare membris potest, ne gladium stringat. De hac uoluntatis libertate prolixius dicitur in disputationibus de Anima.

Ad minorem tertij argumenti respondeo: Determinatio diuina dissimilis est in his quæ propriè ab ipsius Dei uoluntate pendent, illis quæ principaliter à nostra uoluntate oriuntur. Aliter Deus determinat uenturam resurrectionem, & alia quæ decreuit se facturum: aliter determinat peccata hominum. Præuidet enim quia sunt euentura, & determinat quousque sit permissurus:

nec

nec tamen uult, nec approbat, nec adiuuat illa. Igitur præuisio diuina prorsus nullam affert necessitatem nostræ uoluntati; quemadmodum Astrologi præuident quidem eclipsin Solis, & aiunt eclipsin Solis, & coniunctionem Saturni, Martis & Mercurij, attrahere & ueneno conspergere molem halituum, eamq; incendere: hæc uerò non ideo eueniunt, quòd præuideantur. Et rectè Origenes inquit: Non propterea aliquid erit, quia id scit Deus futurum: sed quia futurum est, ideo scitur à Deo antequam fiat. Et rectè etiam dicitur: Deus bona præuidet scientia, beneplacito, & dispositione: mala autem præscit non beneplacito, sed sola scientia, qua Deus determinat ceu limites certos, quousque mala illa laturus sit.

Quòd autem huic ueræ Responsioni opponi solet hæc calumnia: Et quæ Deus præsciuit, non possunt non euenire: & hæc non euenirent, nisi Deus ea præuidisset: Si enim non euenirent, falleretur Dei præuisio, id quod fieri non potest: Ergo præuisio Dei est causa euentuum. Ad hoc simpliciter & planè dicimus, causas euentuum in rebus malis pendere à diabolo, & praua uoluntate hominum, non à Deo. Hoc cum uerum sit, iam soluta est cauillatio. Præuidet enim Deus scelera, & præuisio eius non fallitur: scilicet quia malicia diaboli & hominum non mutatur: quæ si non esset, etiam scelerum præuisio nulla esset, cum causæ euentuum malorum nullæ extarent. Ergo, inquis, res futurae seu scelera futura sunt causa præuisionis Dei, atqui ita scientia creatoris pendet à creaturis: & eius quod est æternum, aliquid existit causa ab eo alienum

¶

& diuersum. Respon. Res futurae malae sunt causa  
 praevisionis Dei sine qua non. Nec tamen propterea uel  
 in genere uel in specie dici potest, scientiam creatoris pen-  
 dere a creaturis. Omnia enim nota sunt Deo, antequam  
 crearentur: Eccles. capite. 23. Praescit autem mala homi-  
 num, quia nouit quid sit quisq; facturus, non quod pen-  
 deat a futuris rebus creaturarum, sed quia has res per se  
 prauidet & praescit. Ideo Augustinus inquit: Deus futu-  
 rorum praescius, per Prophetam praedixit infidelitatem  
 Iudaeorum, sed non fecit: neq; praescisset mala eorum, nisi  
 ea haberet. Non enim ideo quicquam ad peccandum co-  
 git, quia futura hominum peccata praenouit: illorum enim  
 praesciuit peccata, non sua. Ideoq; si ea quae ille praesciuit,  
 ipsorum non sunt, non uera ille praesciuit: sed quia ipsius  
 praescientia falli non potest, sine dubio non alius, sed ipsi  
 peccant, quos Deus peccatores esse praesciuit: & ideo si  
 non malum, sed bonum facere uoluissent, non malum fa-  
 cturi praeuiderentur ab eo, qui nouit quid sit quisq; factu-  
 rus. Haec Augustinus.

Solet & hoc opponi: Aut aliter potest fieri quod De-  
 us praesciuit, aut non aliter. Sed non aliter, ergo necessario  
 cuncta eueniunt. Si uero aliter, Ergo Dei praescientia po-  
 test falli, & mutari. Respond. eodem modo, quo ad  
 Maiorem tertij Stoicorum argumenti respondendum est.  
 Determinatio diuina est immutabilis, & necessario ue-  
 ra: scilicet necessitate consequentiae, quae non affert ne-  
 cessitatem simpliciter. Deus prauidet Saulis, Neronis, et  
 aliorum impiorum flagitia, & determinat quousq; per-  
 missurus sit: nec tamen uult, nec adiuuat, nec approbat il-  
 la. Et Saul punitur, quia interficit sacerdotes. Verum po-  
 terat

terat Saul omittere illa scelera. Sic hoc loco cum dicitur, Non aliter potest fieri quod Deus praevidet, quam sicut praevidet: idem est, ac dicere, determinationem diuinam esse immutabilem, scilicet necessitate consequentiae, quae non tollit re ipsa contingentiam, sed tantum facit ut aliquid aliquo posito dialectice sequatur, cum tamen antecedens omnino non sit necessarium. Haec de tertio argumento sufficient.

Ad quartam respondeo, consequentiam negandam esse, cum plus in conclusione quam in praemissis contineatur. Etiam si enim secunda causa non agat, nisi a prima uel sustentetur uel adiuuetur; tamen non propterea sequitur primam eodem modo sicut secundam agere, aut necessario agere. quemadmodum ex hoc exemplo facile intelligi potest: Ignis non calefacit ferrum, nisi ad motum ab artifice: Ignis necessario et sua natura calefacit: Ergo & artifex necessario admouet. Hic manifeste conspicitur, plus esse in conclusione, quam in praemissis. Nam prior & potentior causa potest alio modo agere, quam posterior & imbecillior causa.

Ad ultimum argumentum sic respondeo: Secunda causa non agit sine prima, scilicet sustentante & conseruante, non adiuuante in actionibus malis. Homo enim non uiuere posset, nisi Deus eum sustentaret. Sed Deus non adiuuat eum ad perpetranda scelera. Sic Deus Nerone, Pharaonem, & alios sustentat: sed non adiuuat, ut faciant mala. Longe enim aliud est sustentare, et aliud est iuuare. Et non est imaginanda copulatio Stoica, quasi aut prima causa, id est Deus, necessario agat, aut concurrat ad omnes actiones secundarum naturaliter aut libere

liberè agentium eodem modo. Sed seruat Deus dissimilem uim in alijs, in igni uim naturaliter agendi, in uoluntate uim liberè agendi. Et, etsi adiuuat bonas actiones Alexandri in acie, & in constituendo regno: tamen non adiuuat furentem in conuiuio. Sic enim condidit hominem, ut sit quædam libertas: nec adiuuat ipse malas actiones, etiamsi tantisper sustentat naturam: nec statim perdit Deus longanimis, qui suo consilio liberrimè adest naturæ hominum: nec est alligatus causis secundis, id est cœlestibus, naturalibus & uoluntarijs causis, sicut apud Homerum Dii de una catena suspensi finguntur.

Retineamus uerissimam sententiam: Non Deus uolens iniquitatem tu es. Mendacium loquens diabolus, ex proprio loquitur. Item, Perditio tua ex te est. Et digni memoria sunt uersus Homeri ὁ δὲ υ. α.

ὦ πόποι, οἷόν μ' ἐννείδης βροτοὶ αἰτιόωνται.

ἔξ ἡμῶν γὰρ φασὶ λῆν' ἐμμεναι, οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ  
σφῆσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγ' ἔχουσιν.

O' dij, quàm falsè mortales numina cœli

Incusant, causisq; sibi, fontemq; malorum

E' nobis pendere putant, casusq; nefandos.

Sed nihil est: sua nam pereunt ob facta scelesti,

Ac præter fatum cumulant sibi corde dolores.

Et Iustinus Martyr citat uersum Euripidis ex tragœdia Bellerophontis: εἰ δὲ οἱ τε θεῶσι φαῦλον, ἢ εἰσὶ θεοὶ:

Si dij uitiosa faciunt, non sunt Dii. Et Plato inquit: καὶ

κῶν δὲ αἰτίον φαῦναι θεῶν τινὲ γίνεσθαι, ἀγαθὸν οὐτάρ,

διαμαχητέον παντὶ φρόνῳ, μήτε τινὰ ταῦτα λέγειν ἐν

τῇ αὐτῆ πόλει, ἢ μίλλαι δυνάμεσθαι μήτε τινὰ ἀνδρῶν,

μήτε νεώτερον, μήτε πρεσβύτερον, μήτε ἐν μίλλῳ, μήτ'

ἀνδρῶν



Nego consequentiam: & ratio est, quia est fallacia secundum non causam ut causam. Discernenda enim est natura condita ab impietate. Deus sustentat subiectum tanquam suum opus, etiamsi impietati, quæ est subiecti destructio, irascitur. Deinde tolerat impios aliquandiu, sicut colonus tolerat in horto arbores non gignentes bonos fructus: Et ut colonus sperat, arbores cultura mitescere posse: sic Deus concedit impijs spacium ad agenda poenitentiam, nec statim properat ad poenam, etiamsi præuideat maliciam ipsorum finalem, ut ita longanimitas eius conspiciatur. Vt autem colonus diu sua spe frustratus, tandem extirpat arbores; ita Deus insanibiles opprimit mirandis modis, ut in poena conspiciatur præsentia Dei, & ira aduersus peccatum.

Aliud.

Qui malum impediens præuidet, & id nullo negotio auertere potest, nec tamẽ auertit: uidetur malo delectari. Deus præuidet mala, & cum sit omnipotens, posset illa auertere, nec tamen auertit: Ergo Deus uidetur lapsibus delectari.

Difficilis hæc quæstio, & à pijs, non profanis & blasphemis consideranda. Respondeo autem ad minorem. Posset Deus auertere mala statim, & simpliciter, cum sit omnipotens. Sed alia est eius uoluntas. Et differunt omnino, posse & uelle. Voluntas autem Dei est, ut creatura rationalis, quam donauit sua libertate, retineat suam libertatem, & discrimen ac electionem boni & mali. Quod si auerteret Deus mala immediate, iam amitteret homo suam libertatem. Vt autem benignitas Dei fiat manifesta, per filium suum *propter uerbum uerbi in uerbo* potest



potest & uult, conseruata libertate, humanum genus restituere in integrum, auertens mala æterna, tanquam pater φιλότορυ & uidens calamitates sui cariss. filij. De hac summa re loquitur Augustinus præclare: Deus nõ est peccati autor, sed naturæ creator: quæ cum potestatem habuerit non delinquendi, sponte deliquit, & deceptoris suo propria uoluntate se subdidit: nec naturali, sed captiuo more uersatur in uitio, donec moriatur in peccato, & uiuat Deo, quod sine gratia facere non potest.

Sunt etiam in hac materia appellationes hæ tenendæ, & discernendæ, Malum culpæ, & malū pœnæ, quibus & Augustinus utitur. Malū culpæ, est ipsum peccatum, uitium & turpitude, oppositum iusticiæ & bono honesto. Malum pœnæ, oppositum bono utili, & bono suauis, est ipsa pœna iure imposta delinquētibus. De hoc sæpe loquitur Scriptura, ut in his dictis: Ego sum Deus faciens pacem, & creans malum: scilicet pœnæ. id est, destruens impios, & puniens contumaces. Item: Non est malum in ciuitate, quod non faciat Dominus.

De hac tota quæstione uerecundè sentiendum & loquendum est, quia mens humana non perspicit modum gubernationis diuinæ. Sententias autem in hac quæstione moribus utiles, & Scripturæ consentaneas, & iudicij bonorum & piorum receptas teneamus: quòd uidelicet sit diuina præuisio, præscientia, & determinatio: & quòd tamen sit contingentia et libertas aliqua humanæ uoluntatis, quia Deus non est causa peccati.

Commonesiant & Theologi quidam, ne dū nimis audacter & insulse de arcanis modis prædestinationis, &

de seruo arbitrio, & raptu animorum humanorum lo-  
quuntur, in Deum blasphemio ore transferant causam  
peccati, & perditionis hominum.

Nunc hanc totam quæstionem de Fato Stoico con-  
cludemus uerbis Eriphanij, qui sic scribit cōtra Stoicos:  
εἰ ἐμαρμένης τὸ σοφίζειν, τὸ σωτίζειν, τὸ λογικὸν γεν-  
νᾶν, καὶ ἄλογον, καὶ τὰ ἄλλα πάντα, παυσάδωσαν νό-  
μοι. ἐπιπρατὲ γὰρ ἐμαρμένη μοιχῶν τε καὶ ἄλλων. δίνω  
δὲ μᾶλλον τίσσειν οἱ ἀνάγκη ἐπιτιθέντις ἀσφῆς, ἢ ὅσῳ  
ἀναγκασθῆναι & ἀρᾶσαι τὸ ἰδιχέισμα. ἀργείτωσαν αἱ δια-  
φραδαί, παυσάδωσαν σοφισταί τε καὶ ῥήτορες καὶ γραμμα-  
τικοί, ἰατροί τε, καὶ ἄλλαι ἐπιστήμαι, βαναύσων τε τεχνῶν ἀμυ-  
βύτων πλῆθος. καὶ μνηστί μνησὶς παιδούτω, ἔπῳρ ἕξ ἐμα-  
ρμένης τυγχάνει τῶν ἐπιστημῶν, καὶ μὴ ἐν γραμματικῶν  
μαθήσει ὁ πορισμὸς τῆ ἀνθρωπείᾳ φύσει. εἰ γὰρ ἐμαρμένη  
τὸν πεπαιδευμένον καὶ λογιώτατον παρσηνάσει, μὴ μαν-  
θάνω τις παρὰ τῶ διδάσκοντι &, ἀλλὰ τῆ φύσει λαμβανέ-  
τωσαν πῶ ἐδιδασκίαι αἱ τῶς μύθους κλώθσαι μοῖραι. Id est  
Si est Fati, sapientem & prudentem fieri, ratione  
præditum nasci, & sine ratione, & alia omnia: ces-  
sent leges. dominatur enim fatum adulteris, & alijs.  
Magis autem pœnam dabunt stellæ, quæ necessitatem  
imponunt, si quis coactus facit aliquid. Cessent Scho-  
læ, quiescant Sophistæ, Rhetores, Grammatici, Medici,  
& aliæ scientiæ, & multitudo Mechanicarum artium,  
& nemo amplius doceat, si ex Fato, & non ex litera-  
rum doctrina contingit hominibus scientiarum suppe-  
ditatio. Si enim Fatum eruditum & eloquentem fe-  
cit, ne discat quis ex doctore: sed ex natura accipiant co-  
gnitionem Parçæ, quæ stammina uoluunt. Hæc Eripha-  
nius.

nus. Nunc ad usitatas nostras quæstiones reuertemur.

**Quid est fatum Aristotelicum?**

Est idem quod natura, uidelicet ordo naturalium causarum à Deo in hac natura institutus, ut bos bouem, homo hominem generet.

**Quid differunt fortuitus & fatalis euentus?**

Fortuitus dicitur respectu nostri consilij, quod non uidet causam, nec gubernat euentum. Fatalis uero euentus dicitur, qui certa quadam causa, uidelicet aut consilio Dei, aut inclinatione à sideribus orta gubernatur.

**Quotuplex est fortuitus euentus?**

Duplex: Malus, qui Græcis *ἀτυχία*, Latinis infortunium; & bonus, *εὐτυχία*, prosper euentus.

**Quid est res fortuita?**

Est euentus bonus, uel malus, uel etiam medius: & opus quod non fato peculiariter, nec soluo naturæ cursu, neq; contra naturam semper, nec arte, nec libero arbitrio, aut consilio hominis accidit: sed occulta quadam nobis causa, præter expectationem euenit.

**Fortuna quas habet per se causas?**

Cùm causæ per accidens consilio Aristotelis sint reducendæ ad causas per se, laborarunt eruditi, ut & fortunæ causæ per se inquirerentur: & inuentæ sunt præcipue quatuor causæ per se, quas tamē Aristoteles omittit.

Prima est, Deus ipse. Sæpe immediatus author fortuorum euentuum, qui non possunt ad causas secundas referri, ut, Seruatio trium uirorum Iudæorum in fornace

Babylonica, causam per accidēs habet fortunam, Deum uerò per se causam, a quo immediatè seruati sunt. Huc etiam angeli & diaboli numerentur, à quibus, ut historiae & quotidiana exempla ostendunt, multi euentus boni & mali inexpectati hominibus oriuntur, quorum fortuna dicitur causa per accidens.

Secunda per se causa fortunæ, est impetus & inclinatio naturalis, attracta ex siderib. De hac sunt hi uersus Sidera corporibus præsumt cœlestia nostris,

Influxuq; regunt cuncta elementa suo.

Cogere sed nequeunt animam ratione fruentem,

Namq; sub imperio solius ipsa Dei est.

Aurea sed quia mens terrestri mole grauatur,

Sub iuga sæpe sui corporis acta uenit.

Idcirco Dominum cœli terræq; precemur,

Vt miseris nobis astra benigna ferat.

Tertia per se causa fortunæ, sunt mores cuiusq;. nam bonos mores fœlicitas, malos uerò tristes euentus sequuntur: iuxta uulgare dictū, Quilibet est suæ fortunæ faber.

Quarta causa per se fortuitorum euentuum numeratur materia. Habet enim hæc uarios & incertos motus, qui sæpe causa inusitati euentus uideri possunt. Vt quis longo usu & exercitio mittendi sagittam ad metam, consequutus est tantam peritiam iaculandi, ut nunquam à solita meta tranquillo aere aberret: sed mota aura uehementiori aliquando accidit, ut aliquoties à scopo aberrarit. Huius inusitati euentus causa per accidens, est fortuna: causa per se, mobilitas materiæ.

Est ne fortuna in nostra manu?

Utsi est magna uis fortunæ, ita ut dixerit Virgilius,

Om.

Omnipotens fortuna & ineluctabile fatum: & quotidiana experientia, & exempla omnium temporum ostendere uidentur, fortunam sæpe omnibus consilijs & omni sapientia superiorem esse: tamen sciendum est, fortunam aliquo modo in nostra potestate esse. Nam causarum per se fortunæ ferè singulæ, à nobis uel precibus ad Deum, uel uoluntate nostra flecti & teneri possunt. Quare sequitur, fortunam à nobis aliquo modo regi posse.

**Recte ne dictum est, uitam regi fortuna, non sapientia?**

Nequaquam. Etsi enim multa fiunt non prospiciente humano iudicio: tamen Deus regit consilia bonorum, et illis largitur successum. Quare dictum non exclusiue intelligendum est: sed quia sæpe sunt in rebus fortuiti euentus, quos tamen sæpe auertit mens rectè & sapienter agens, hyperbolica hæc locutio dextrè accipienda & intelligenda est.

**Quid est casus?**

Est causa per accidens in natura non intelligente, uel reuera uel actu, cui naturæ accidit euentus, motu materiae uagabundo, qui non habet certam et perpetuam causam.

**Quæ res dicuntur naturæ non intelligentes?**

Res inanimatae, & animantia irrationalia, dicuntur naturæ non intelligentes reuera. Infantes autem & surdosi dicuntur naturæ non intelligentes actu. His si inusitatus euentus accidit, casu accidisse dicitur: ut si amphora testacea ex sublimi cadens, illæsa subsederit.

**Quam habet per se causam casus?**

Habet materiam ipsam: cuius tanta est uarietas, &

fluxibilitas, ut multi effectus rebus, quæ carēt intellectu, extra ordinē effectū naturalī inusitato modo eueniāt.

**Quæ est differentia inter ea quæ casu fiunt,  
& quæ frustra fiunt?**

In his quæ fortuna aut casu fiunt, effectus aliquis sese exerit, etiā si nō is sit qui expectabatur. multi enim sunt inusitati, improuisi & insperati euentus in rebus humanis. In his autem quæ frustra fiunt, nullus sequitur effectus, siue improuisus, siue is qui expectabatur: ut si pharmacum deijciendi alui gratia biberis, & alius non soluitur, frustra pharmacum bibisse diceris.

**Quid differunt causæ per accidens à  
causis per se?**

Differunt potissimum duplici modo. Primū enim causæ per se, sua actione ad effectus, quos pariunt, destinatae sunt, & eorū sunt causæ propriae. Causæ uerò per accidens, ad fortuitos euentus omnino nihil agunt, ac sunt eorum causæ impropriae: ut supra dictum est, inusitados euentus habere occultas & proprias per se causas. Deinde causæ per se semper, uel plerunq; gignunt effectus similes. ut de causa naturali per se inquit Aristoteles: Omnia quæ natura fiunt, aut semper sic fiunt, aut ut plurimum. Causas uerò per accidens rarissimi ac omnino inusitati effectus sequuntur, & sæpe diuersi: ut quis decidens de sublimi moritur, alius frangit brachium, alius pedem, alius manet incolumis, &c.

**Quot gradus causarum efficientium tam per se, quàm per accidens, constituit  
Aristoteles?**

Quatuor: Naturam φυσικην, Necessitatem αναγκη, Fortunam

Fortunam  $\tau\acute{\upsilon}\chi\lambda\omega$ , & mentem  $\pi\rho\acute{o}\alpha\iota\rho\epsilon\sigma\iota\upsilon$ .

Natura est uis in elemētis, aut mixtis, efficiens per se aliquam qualitatem in obiecto: ut ignis natura calefacit corpora admota. accōmodat enim Aristoteles naturam elementaribus, quarum quaedam sunt simplices, quaedam simplicium commixtione constant.

Necessitas est cœlestis causa, cōplectēs suo ambitu et afficiēs totū elemētare mundi tractū: ut cōgressus siderum, & eorundē influentia in hanc materiā inferiorē.

Fortuna est actio in agente rationali, cui accidit aliquid boni uel mali, quod non præuisum est.

Mēs est pars iudicās & uolēs in homine: ut principalis causa uirtutis nō est natura, nō necessitas, nō fortuna, sed mens seu  $\eta\gamma\epsilon\mu\omicron\nu\iota\kappa\omicron\nu\epsilon\upsilon$ , id est iudiciū ac deliberatio, & uoluntas obtemperans iudicio rectæ rationis.

### LIBER TERTIVS, DE PASSIONIBVS CORPORVM naturalium.

Quid uocantur passiones corporum?

**V**ocātur accidentia seu proprietates, quæ corpora naturalia necessario comitantur.

Quotuplices sunt passiones?

Duplices. Aliæ sunt externæ, hoc est quæ extra substātiā corporis naturalis subsistunt: ut Locus, Vacuum, & Tempus. Aliæ sunt internæ, quæ in ipsa substātia corporis naturalis sunt: ut Infinitum & motus.

Quid est motus?

Motus est actus eius entis quod est in potentia, in quā eum huiusmodi. Actus autem in genere significat essentiam

tiam

tiam cuiuslibet rei, qualiscunq; illa sit, seu formam substantialem, uel accidentalem.

**Quotuplex est actus?**

Duplex. Alius est primus, alius est secundus. Primus est formæ uel substantiæ, ut in definitione animæ: uel accidentis, ut forma iusticiæ in Aristide. Secundus est, agitatio seu operatio à forma rei, ut ex primo actu procedēs. In hac significatione actus in definitione motus ponitur.

**Quid uocatur Ens in potentia?**

Significat uel id quod nondum est, sed esse potest: ut infans potentia loquitur. Vel id quod nondum recepit formam, & formam suo tempore recipere potest: ut in definitione Motus.

**Quid est potentia?**

Est habitus subiecti, cessantis ad actum primum uel secundum suscipiendum. Vocatur autem subiectum cessans, quod uel primo uel secundo actu caret: & tamen est habile, id est idoneum ad eum suscipiendum.

Contra, Si motus est actus entis in potentia, quatenus est in potentia, idem simul erit in actu & potentia: quod est absurdum. Respondeo: Potest esse simul & in actu & in potentia, sed diuerso respectu. Nam motus est actus, cum respexerimus ad id quod iam partum & acquisitum est: Potentia uero, cum respexerimus ad id quod superest parandum & acquirendum: ut ædificatio non dicitur, cum pecunia operi perducendo ad culmen nondum fuerit destinata: aut cum aliquis manus rei ædificandæ, ut ligno aut cæmento aut simili materiæ nondum admouerit, uel cum ædificatio iam ad exitum deducta est. Sed ædificatio dicitur motus medio tempore, cum uidelicet de potentia itur in actum.

Que



Quæ igitur est sententia Aristotelis in  
definitione motus?

Motus est agitatio subiecti acquirētis nouā formam  
tādū, quā diu in acquisitione formæ perdurat: id est,  
ut Aristoteles loquitur, in quantum huiusmodi ut Pullifi-  
catio est motus Entis, id est, agitatio oui successiue acquirē-  
tis formam pulli.

Quomodo uocantur initia, media, &  
fines motuum?

Vocantur usitato uocabulo termini. Est autem termi-  
nus proprie forma, à qua incipit motus, & ad quam per  
aliquod medium progreditur & finitur idem motus.

Quot sunt termini?

Tres: Terminus à quo, terminus per quem, & ter-  
minus ad quē. Terminus à quo, dicitur forma amittenda  
motu: ut calefactio, est à non calido ad calidum.  
Terminus per quem, est applicatio formæ amittendæ et  
acquirendæ. Terminus ad quem, est forma per mo-  
tum acquirenda. Horum terminorum exemplum sit  
præsens in Ecclesia articulus de iustificatione. Termi-  
nus à quo, est fundamētū, id est ipsa causa materialis, scilicet  
tota obedientia, satisfactio, meritum Christi, iter Chri-  
sti ad patrem, uel ipsa redēptio, impletio legis, uel horum  
omniū pars aliqua: ut passio, mors, sanguis, uulnera, re-  
surrectio Christi. Terminus per quem, est relatio seu  
causa instrumentalis, id est fides seu fiducia filij Dei iux-  
ta promissionem. Terminus ad quem, est causa for-  
malis: id est, ipse fauor, acceptatio, misericordia Dei,  
remissio peccatorum, imputatio iusticiæ & obedientiæ  
Christi, reconciliatio cum Deo, possessio æternæ uitæ,  
glorifi.

uo EPIT. PHYSICORVM  
glorificatio futura quæ in hac uita inchoatur.

Quot sunt species motus?

Sex sunt præcipue: uidelicet, Generatio γένεσις, corruptio φθορά, augmentatio αύξησης: diminutio μείωσις, φθίσις: alteratio ἀλλοιωσις, & Motus localis ἢ μεταβολή κατὰ τόπον.

Quare non sunt plures, nec pauciores species motus?

Quia tot sunt genera rerum seu terminorum qui acquiruntur, aut abijciuntur. omne enim quod mouetur et mutatur, aut secundum substantiam, aut quantitatem et qualitatem, aut locum, mouetur & mutatur.

Quotupliciter substantia mutatur?

Dupliciter. Nā eius forma aut nascitur noua, aut perditur uetus: hinc generatio & corruptio. Generatio est mutatio, qua acquiritur forma substantialis seu totius indiuidui, seu partis in substantia.

Differt ne generatio à creatione?

Differt. Generatio habet locum in re iam creata à Deo: quod aliàs dicitur, Generatio est à non esse ad esse, id est, à non tali seu eiusmodi esse ad tale esse. Creatio uero quæ solius Dei est, intelligitur à nihil esse ad aliquid esse, ita ut non præexistat ulla materia. Non autem hic dicitur de arcana illa & æterna generatione Filij Dei, à patre ab æterno geniti, ut sit imago ὁμοιοῦ, & character, splendor & αύγασμα patris. Nam hæc Physicæ disputationes excedunt.

Quid est corruptio?

Est mutatio qua abijcitur forma substantialis.

Quo-

Quomodo differt corruptio ab  
annihilatione?

Corruptio est ab esse ad non esse: id est, à tali esse ad  
nō tale est. Annihilatio uerò, quæ est solius Dei, est ab ali  
quid esse ad prorsus nihil esse: id est, quando & forma  
& materia destruitur.

Quomodo differunt generatio &  
corruptio?

Generatio est motus à non ente actu, sed potentia, ad  
ens actu. Corruptio uerò, est motus ab ente actu ad non  
ens: ut, Mors est motus hominis ad nō hominem. Con  
trà: Quod fit eodem tēpore, & in eodem subiecto, illud  
est planè & reuera idem: Generatio & corruptio sunt  
eodem tempore, & in eodem subiecto: Ergo sunt idem,  
& non sunt discernendæ. Minorem probo ex senten  
tia recepta in Scholis, Generatio unius est corruptio al  
terius: ut quando generatur pullus, corrumpitur ouum:  
quādo liquefcit nix, corruptio niuis est generatio aquæ.  
Respondeo: Etiāsi generatio & corruptio non differūt  
tempore, & fiunt simul in eodem subiecto: tamen diffe  
runt ratione & termino. ut quando generatio unius est  
corruptio alterius, tunc corruptio est terminus à quo, ge  
neratio terminus ad quem. Et econtrà, quādo corruptio  
unius est generatio alterius, tunc generatio est terminus  
à quo, corruptio terminus ad quem.

Fit ne statim resolutio corporis corrupti in ma  
teriam primam, tanquam in pro  
prium & ultimum sub  
iectum?

In corruptione simplicium corporū, ut elemētorum,  
statim

Statim fit resolutio in materiam primam, quæ ut est ingenerabilis, ita & est incorruptibilis. In corruptione uero mixtorum ex elementis, siue sint inanimata, siue animata, non fit statim resolutio in primam materiam seu formam: priore enim formâ perditâ, remanet alia forma sensibus subiecta, licet diuersa sit: ut experientia testatur in arboribus, terra, cinere, fragmentis & sarmētis. Non autem in corrupto tota formâ remanet, sed tantum aliqua pars eius formæ. ut, Domo corrupta supersunt aliquæ eius partes, trabes, ligna, lapides, &c.

**Quid est augmentatio?**

Est mutatio de minore quantitate ad maiorem quantitatem. ut augmentatio corporis animati, est conuersio nutrimenti, habentis animalem potentiam in corpus actu animatum, facta ab anima uegetatiua, medio calore naturali, ut uiuum consequatur suam quantitatem continuam.

**Quomodo differunt augens & auctum?**

Quod ad materiam attinet, sunt similia: quod uero ad formam, dissimilia. Sunt autem ideo similia in materia, quia omnium generabiliũ et corruptibilium est eadem materia. Diuersa uero sunt in formis, id est, in qualitibus primis, secundum quas fit augmentatio.

**Quomodo differt augmentatio à pinguedine in animalibus?**

In pinguedine corporis moles extenditur, cum aliquæ partes humidiores plus attrahunt, ut caro, in quibus facilis est conuersio ex copioso sanguine, & minor est expulsio. Augmentatio uero est partialis quædam generatio siue nutritio, in qua plus acquiritur quàm absumtum est.

L I B R I I I I.

113

quæ fit iuxta proportionem secundum omnes diametros corporis, ut loquuntur medici.

Quare dixit Aristoteles, eius quod augetur, quælibet pars augetur secundum speciem, & non secundum materiam?

Secundum speciem intelligit formam: id est, singula crescere pro proportione, ita ut singula conseruent suam speciem siue formam. Secundum materiam uocat partem molem & quantitatem, qua singula membra non crescunt.

Quid differt augmentatio à rarefactione?

Augmētatio intelligitur mutatio, qua acquiritur maior. quātitas, cum accessione alterius corporis: ut in corpore humano fit augmentatio, accedente nutrimento: et in numeris fit augmentatio, ut si binarius crescat in octonarium.

Rarefactio uerò est, mutatio corporis in maiorem quantitatem, sine accessione alterius corporis seu partis: ut in similia rarefacta, in ligno raro & poroso. Hinc ita definiiri solet rarefactio, quòd sit extensio partium, quæ fit interdū quibusdam partibus exhalantibus, interdum nulla parte euanescente.

Quid est diminutio?

Est mutatio, qua maior quantitas diminuitur, manente eodem subiecto, corpore mutato.

Quid differt diminutio à condensatione?

Diminutio est ablatio alicuius partis uel corporis, & est

est nomen generis. Condensatio autem est diminutio corporis, sine ablatione partis, quæ diminutio uocatur appropinquatio partium. ut si accipio spongiam, et eam manibus tero, dicitur condensatio.

#### Quid est alteratio?

Est mutatio & progressus ab aliqua qualitate sensibili in aliam qualitatem sensibilem: ut si ex albo fiat nigrum, ex dulci amarum, ex frigido calidum, manente eodem subiecto. Hic disputatur, in qua specie qualitatis ponenda sit alteratio. Proprie autem loquendo ponitur in tertia: quia accommodatur tantum his qualitatibus, quæ uisu, tactu, gustu, auditu, uel odoratu percipiuntur & sentiuntur. Recte tamen, ut & aliæ species motus, ad prædicamentum actionis & passionis alteratio refertur.

#### Quotuplex est alteratio?

Duplex. Alia est propria seu generalis, alia est impropria seu specialis. Propria est, quæ non est nisi in tertia specie qualitatis: quæ scilicet est qualitas sensibilis, & sensu exteriori percipitur. Impropria est, mutatio à quolibet qualitate in quolibet aliâ qualitatē, uel cōtrariā uel mediā, ex quacunq; sit specie qualitatis: ut, adipisci habitū canēdi, faciendi uersus, honestē aut malē agendi, &c.

#### Quot sunt modi alterationis?

Sex, qui his quatuor uocabulis designantur: Contrarium, Medium, Habitus, & Priuatio. Primus motus est de contrario in cōtrarium, siue de extremo in extremū: ut cum ex albo fit nigrū. Secundus motus est, de contrario in medium: ut cum ex albo fit flauum. Tertius, de medio in contrarium: ut cum ex flauo fit album. Quartus, de medio in medium: ut cum ex flauo fit rubrū.

Quintus,

Quintus, ex habitu in priuationē: ut cum ex corpore luminoso fit corpus opacum. Sextus, ex priuatione in habitum: ut cum ex opaco fit luminosum.

Quotuplex est motus localis?

Rectus, circularis, & mixtus. Rectus est, qui fit secundum spacium recti, uel sursum uel deorsum: ut motus leuium & grauium. Circularis est, qui fit secundum spacium circulare: ut motus corporū cœlestium. Mixtus, qui partim fit secundum rectum, partim secundum circulare: ut uolatus auū. Dicitur quoq; neuter, quod nec simpliciter rectus, nec simpliciter circularis sit.

Quomodo differunt inter se hæc sex species motus?

Generatio & corruptio pertinent ad substantiam. Illa enim est substantialis formæ in aliquo corpore acquisitio; hæc uerò est substantialis formæ in aliquo amissio. Augmentatio & diminutio pertinent ad quantitatem, quæ uel augetur uel minuitur. Alteratio, est qualitatis. Mutatio loci, est uel ad locum, uel à loco, uel circa locum motus. Ad locum seu centrum, ut motus grauium: à centro, ut motus leuium. Circa locum, ut motus orbicularis cœlestium spherarum.

Quare dicit Aristoteles, In unoquoque horum, id est, in substantia, quantitate, qualitate & loco, esse unum motum perfectiorem, alterum esse imperfectiorem?

Perfectiorem motum nominat respectu imperfectioris, qui scilicet acquirit formam. Cum autem esse sit perfectius quam non esse: ideo in substantia primum Gene  
h 2 • ratio

ratio est perfectior motus, corruptio imperfectior motus: ibi enim est forma, hic formæ priuatio. In quantitate, augmentatio perfectior est diminutione. In qualitate, alteratio ad albedinem est perfectior motus, quam alteratio ad nigredinē. Albedo enim nigredine est præstantior, sicut lumen tenebris præstantius est. In mutatione loci, motus sursum natura est perfectior quam motus deorsum: locus enim superior, dignior est loco inferiori: ergo & motus.

Quid differunt mutari subiectiuè, terminatiuè, & completiuè?

Vsi sunt in scholis hac forma loquendi, & nominarunt Subiectiuè mutari, mutationis primum & incompletum subiectum: ut est materia, quæ si generationis est subiectum, dicitur generari subiectiuè: si corruptionis, corrumpi subiectiuè, atq; ita de reliquis speciebus. Terminatiuè uel definitiuè mutatur forma, quæ uel acquiritur uel deperditur: ut forma substantialis, quæ per generationem acquiritur, dicitur generari terminatiuè: & quæ per corruptionem deperditur, dicitur corrumpi terminatiuè.

Completiuè mutatur totum compositum, et corpus naturale per mutationem acquisitum aut deperditum, ut totus ignis qui per generationem acquiritur, dicitur generari completiuè: & tota aqua quæ per corruptionem deperditur, dicitur corrumpi completiuè.

Quot requiruntur ad quemlibet motum?

Quinq; potissimum: Mobile, mouēs, terminus à quo, terminus ad quem, & tempus.

Quid



## Quid nominant Physici Mobile?

Omne corpus naturale seu subiectum, quod est obnoxium motui & mutationi. Atq; hoc duplex est: Mobile potentia, & mobile actu. Antequam enim mobile progrediatur à termino à quo, tum dicitur mobile potentia, non actu. Iam uerò progressum à termino à quo, necdū contingens finem, id est, terminum ad quem, dicitur Mobile actu.

## Quæ est secunda diuisio motus?

Alius est per se, alius est per accidens. Per se motus est, in ijs quæ mouentur eo modo, ad quem propriè terminus motus pertinet: ut motus formæ substantialis, per se & proprius motus est. ad hanc enim terminus generationis propriè pertinet. Motus per accidens est, quo aliquid mouetur non suo aut proprio, sed alieno motu: et hoc dupliciter. Primò enim res per accidens mouentur, quæ sunt in substantia, et quãdo ipsa mouetur, unà mouetur: ut, Homo mouetur per se. Sanitas in homine, si corrumpitur, per accidens moueri dicitur: & huc pertinet regula: Motus nobis, mouentur omnia quæcunq; in nobis sunt accidentia. Secundò mouentur per accidens, quæ ad motum totius uel continentis mouentur: ut pars mouetur ad motum sui totius.

## Quæ est tertia diuisio motus?

Alius est naturalis, alius animalis, alius uiolentus. & hæc diuisio inde sumitur. Nam aliorū motuū aliæ causæ sunt: nec diuersi motus cõfundendi sunt. Est autem Motus naturalis propriè, ad quem pertinet superior definitio motus. Vulgo ita definitur: Motus naturalis est, qui fit à principio intrinseco cõferente uim passo: id est, est agi-

tatio orta à natura, & inclinans mobile ad certum motum. Omnia enim corpora ad certos motus natura feruntur. Et de hoc motu naturali traduntur duæ regulæ, quæ eius proprietatē explicant. Prima est: Motus naturalis est uniformis, & semper sui similis. ut, aqua semper humectat, ignis semper calefacit, &c. Secunda: Motus naturalis initio remissior, in fine uelocior est. est autem hæc regula tantum de motu locali intelligenda: ut, casus lapidis de sublimi in principio est tardior, in fine festinantior.

Motus uerò animalis est, qui fit à principio quidē intrinseco, sed non conferente uim passio: id est, qui oritur ab anima corporis, sed ibi corpus mobile nō habet hanc inclinationem ad motum. et de hoc regula est: Motus animalis initio et fine languet, et in medio est fortis: ut sunt affectus et appetitus animi. sicut patet in iracūdis, et alijs.

Violentus autē motus est à principio extrinseco, non conferente uim passio: id est, cuius causa et principium est uiolentia externa. ut iactus lapidis sursum, eiaculatio sagittæ. De hoc regula est: Motus uiolentus initio fortior est, & subinde postea fit languidior. Eius species numerantur quatuor: Pulsio, Tractio, Vectio, Vertigo. Pulsio est, cum aliquis à se dispellit mobile: ut est percussio, iaculatio, protrusio, uulneratio, &c. Tractio est motus uiolentus, qui fit in mobili adhærente trahenti. et huius refertur inspiratio & respiratio, item reciprocatio: ut est motus radiorum textoris, qui iaciuntur reciprocè per stamen. item uibratio: ut uibratur hasta, ensis, baculus. Vectio est, cum aliquid mouetur nō per se, sed per aliud: ut uectus curru, nauis, equo, non mouetur per se, sed mouetur

uetur ad motū currus, nauis uel equi. Vertigo est, motus compositus ex pulsione & tractione, quo aliquid circumagitur: ut rota molaris.

Præter has diuisiones, quæ sunt præcipuæ, traduntur & aliæ. Motus alij sunt contrarij, ut qui eunt ad terminos contrarios acquirendos: ut motus qui est ad caliditatem, est contrarius ei qui est ad frigiditatem. Alij sunt diuersi, qui uidelicet tendunt ad formas diuersas & dissimilatas. Alij deniq; sunt specie similes, sed numero differētes: ut sunt generationes earundem specierum, ut Bucephali & alterius cuiusdam equi.

Deinde dicitur motus alius Continuus, in quo nulla fit interruptio temporis: alius dicitur Discontinuus, quando motus interrumpitur.

Item alius Uniformis, quo mobile iuxta partes suas æquè uelociter aut tardè mutatur: alius Difformis, qui fit per contrarium.

Item alius motus est Perfectus, qui finem suū ad quē tendit, assequitur: alius est Imperfectus, qui ad terminū suum non peruenit. Dicunt & motum uelocem, per quem minori tempore maius quid acquiritur, uel perditur: ut motus solis circa  $\pi\sigma\pi\gamma\alpha\iota\omega\pi$  est uelocior. Tardum uerò cōtrā, quo maiori tempore minus acquiritur: ut motus solis circa  $\alpha\pi\omega\gamma\alpha\iota\omega\pi$  est tardior.

#### Quæ est proprietas motus?

Fieri successiuè. quia enim motus officium est deducere mobile uel ad perfectionem, uel ad corruptionem: id subitò seu in momento fieri nequaquam potest, sed necesse est ut quadam successione partes uel acquirantur, uel amittantur. sicut inquit Aristoteles, Omnem motum

fieri in tempore: id est, non in instanti seu subito, sed cū aliqua mora. Nam formæ substantiales & accidentales, per partes introduci necesse est.

Contra.

Substantia non recipit magis & minus:

Generatio & corruptio pertinent ad substantiam:

Ergo generatio & corruptio non recipiunt magis & minus:

Et per consequens, earum partes non introducuntur successiue.

Respon. ad regulam Dialecticorum. Potest hæc regula locum habere in scholis Dialecticorum, sed ad materias physicas accommodari non potest. certum enim est, & experientia testatur, generationem & corruptionem, ut & cæteros motus, fieri successiue, et formas substantiales per partes introduci.

Sunt ne diuersi motus Actio & Passio?

Non sunt diuersi nec motus, nec actus: ut in exemplo facile intelligi potest. In curatione unus motus est medicinae agentis, & affectæ partis patientis. Hoc tantum discriminis inest: actio medicinae significat motum curationis, ut à principio orientem: passio uerò affectæ partis ægroti significat motum curationis, ut in subiecto receptum. Ratio Aristotelis, qua probat actionem & passionem esse eundem motum, hæc est:

Si actio & passio essent diuersi actus, tunc aut uterque in agente, aut uterque in patiente: aut actio in agente, passio in patiente: aut contra, actio in patiente, & passio in agente poneretur. Sed in agente uterque non ponitur. omne enim mouens moueretur, aut habens motum,

non

non moueretur, & ipsum patiens & mobile nunquam moueretur: sine motu enim non moueretur, quod dicere est absurdum. Nec uterque est in patiente siue mobili: omne enim patiens moueret, & idem duobus motibus ad eundem terminum moueretur: quod esse non potest. Nec actio in agente, & passio in patiente esse potest. Quemadmodum enim omne patiens moueretur, ita & omne agens moueretur: utrumque enim haberet actum in potentia, secundum quod in potentia. Minus uerò ponetur actio in patiente, & passio in agente. hac enim ratione omne patiens ageret, & omne agens pateretur: quod est absurdum. Ergo, actio & passio non sunt diuersi actus, sed unus est actus, ratione tamen distinguendus.

#### Contra.

Actionis et passionis sunt diuersi effectus: Ergo sunt diuersi actus, & non unus. Respon. ad antecedens. Verum est ratione. tunc enim actio & passio sunt duo, sicut pater & filius ratione duo sunt. Sed numero agens & patiens sunt unum. Correlatiua enim habent inter se mutuos respectus.

#### Alia obiectio.

Inconueniens est, duorum specie differentium agentis & patientis esse unum & eundem actum. Ergo actio & passio non sunt unus & idem actus. Respon. ad antecedens. Non est inconueniens, duorum specie differentium, unius ut ab hoc, alterius ut in hoc, esse unum & eundem actum. Actus enim agentis est ut ab hoc, & patientis ut in hoc. non tamen eius ratio utrique est una & eadem, ut est tunicae & uestis: sed est sicut uia de a Thea

b s bis,

bis ad Athenas, & de Athenis ad Thebas.

Alia .

Si actio & passio essent idem actus: tunc doctrina qua quis instituit, & disciplina qua quis instituitur, essent idem. Sed hoc non est. Ergo actio & passio sunt diuersi actus. Respon. Nego antecedens. Doctrina enim qua quis alium instituit, intelligitur non in hoc, sed ab hoc. Disciplina uero intelligitur in hoc. quare etsi ratione diuersa sunt, tamen re ipsa ex natura correlatiuorum sunt unus motus, & idem actus. et regula Aristotelis tenenda est in hac disputatione: In his quae sunt eadem re ipsa, tamen simul aliqua insunt diuersa, & multi respectus uariantur.

Quid est quies?

Est priuatio in eo subiecto, cuius habitas & potentia est ut moueatur, & tamen non mouetur. Sunt enim priuatiue opposita, motus & quies.

Quid Physici uocant quiescere?

Proprie uocant quiescere, quando mobile iam affectum est terminum ad quem, et in forma tanquam in statu suo consistit & perdurat: id est, non mouetur, nec progreditur amplius in aliam formam.

Quid hoc loco significat priuatio?

Dictum est, Priuationem non simpliciter significare negationem, sed appetitionem seu inclinationem ad habitum, ut in definitione quietis: hoc enim dicitur, quiete esse cessationem motus, uel perfectionem ipsam motum sequutam, in eo mobili cuius potentia & habitas est ad motum suscipiendum. ut, omnia corpora uiua habent quietem respectu corruptionis: sunt enim habilia ad corruptionem,

ruptionem, quæ sit finita durationis & uitæ periodo.

**Quid est infinitum?**

Est cuius quantitatem accipientibus, semper restat aliquid accipiendum.

**Quotuplex est infinitum?**

Duplex. Aliud est infinitum actu, ubi omnes partes actu sunt infinitæ: sed hoc Physicis nullū est. Cum enim corpus mobile sit subiectum Physices, corpora uerò omnia finita sint, necesse est & corporum magnitudinem finitam esse.

**Quotuplex est infinitum actu?**

Duplex. Aliud est infinitum magnitudine, aliud infinitum multitudine. Infinitum magnitudine est, interminata corporū dimensio. ut linea, quæ suæ extensionis nec principium nec finem haberet: id est, nec punctum initians, nec punctum finiens. Sic superficies, carens principio & fine suæ latitudinis: & corpus, non habens extrema suæ profunditatis, & partibilia & impartibilia, esset actu infinitum.

Infinitum multitudine est, ut si sumatur numerus, cuius nec prima unitas, nec ultima dari posset.

**Est ne infinitum actu in rerum natura?**

Non est. Natura enim abhorret ab infinita uel magnitudine uel multitudine: & si esset infinitum, aut esset corpus aut numerus. Sed corpus esse nō potest: quia omne corpus clauditur sua superficie. Si uerò esset corpus infinitum, sua superficie claudi non posset, si modò naturam & nomen suum tueri deberet. Item si esset infinitum corpus, omnem locum impleret & occuparet: quod fieri

fieri non potest. Omne enim infinitum aut in totum erit graue, & sic ex suae qualitatis natura in loco inferiore constitueretur, & superior locus uacaret. Aut in totum erit leue, & sic superiorem locum occuparet, nec inferior ab eo compleretur. Aut dimidium eius erit graue, et dimidium leue: quod dicere est ridiculum. infinitum enim dimidiari non potest, cum careat principio, medio et fine. Aut tandem totum erit graue & leue: quod esse etiam non potest. nam contraria simul & eodem tempore in eodem subiecto non consistunt. Deinde numerus infinitus esse non potest. Omnis enim numerus est numerabilis, & omne numerabile potest percurri et pertransiri. Si uero infinitum percurri posset, haberet extremum, & non amplius infinitum, sed finitum esset: id enim quod habet extremum, est finitum: quod caret extremo, est infinitum.

#### Obiectio prima.

In quolibet continuo omnes partes proportionales sunt infinitae, iuxta regulam Geometrarum: Ergo est aliquid infinitum actu. Respon. ad regulam Geometrarum, quae non pugnat cum Physicis. Geometra enim considerat quantitatem abstractam, & eam metitur sine substantijs. Ideoq; eius partes infinitas cogitare & metiri potest: quia omne continuum diuisibile est in semper diuisibilia. Nam aliquid in nihilum redigi non potest. Physicus uero, qui loquitur de generatione et corruptione corporum, quantitatem unam cum substantia intuetur: & affirmat interire, quando quantitas eius ita minuitur, ut forma substantialis manere non possit: Nulla est igitur magnitudo Physico infinita.

Obiectio



## Obiectio I I.

Intellectus humanus quavis magnitudine & quouis numero confecto, maiorem semper imaginari potest, ut faciunt Geometrae: & cogitatio nostra extra caelum potest imaginari quoddam uastum & inane spacium, in quo sit infinitum corpus. Ergo non est absurdum, ponere infinitum. Respon. Non ualet consequentia ab imaginatione ad rem ueram, siue à quantitate abstracta ad quantitatem subiecto inhaerentem. Non enim de nobis pendet, ut res ita sit reuera, sicut ipsi imaginatione concipimus.

## I I I.

Tempus est immensum & interminatum: Ergo est quiddam infinitum actu. Respon. Tempus est immensum & infinitum, scilicet potentia & diuisione: non autem actu, eo quod tempori, item & motui semper subtractio fieri potest, perinde atq; magnitudini & nos in Ecclesia scimus, tempus incepisse, & desitutum esse.

## I I I I.

Generationes rerum sunt perpetuae, et eas nulla temporis circumscriptio metitur. Ergo est infinitum, ut in uersibus Lucretij dicitur:

Quod nullo facerent pacto, nisi materiai

Ex infinito suboriri copia posset:

Vnde amissa solent reparari in corpore quoq;

Infinita, opus est ideo uis materiai.

Respon. Quod uanus stolidis haec omnia parturit error. Non enim ualet consequentia à generatione ad materiam. Nam fieri potest, ut rerum materia finita sit sufficiens ad res generandas: & ut eandem materiã, quam lignum

lignum quod exuritur, dimittere solet, cinis assumat qui ex eo gignitur. Et in Ecclesia scimus generationes rerum perpetuas non esse, sed aliquando desituras esse.

V.

Omne corpus finitum excipitur, & alio corpore terminatur, ita ut semper in termino et margine unius aliud corpus occurrat, & nunquam ad ultimum perueniatur. Ergo est infinitum. Respon. Antecedens negandum est: ultimum enim cœlum sua conuexa superficie terminatur, & est ultima mundi circumscriptio, extra quam nihil est.

Inanis est potentia, quæ nunquam reducitur in actum: Est autem infinitum potentia:

Ergo & infinitum actu ponere, non est absurdum.

Respon. ad minorem: Infinitum non sic est potentia, ut completum suum actum assequatur. Et quanquam infinite diuidi magnitudines possunt: tamen non possunt esse actu in infinitum diuisæ. Et actus & potestas infinito, quæ infinitum est, eadem sunt. Nam actus & perfectio infiniti in eo consistit, quod est plus semper posse. Si igitur infinitum, ut ab eo tolleretur potentia, interitum desideraret, certe suum desideraret: quod rerum ordo non concedit. Natura enim uult esse custos & conseruatrix sui.

Quid est infinitum potentia?

Est, cuius partes non simul sunt actu, sed succedentes: ut tempus potest dici infinitum potentia: & motus potest dici infinitus, si mundus nunquam desiturus esset.

Quoruplex est infinitum potentia?

Duplex. Aliud est infinitum additione, & potest esse aliud

aliud subtractione seu diuisione, *ἀπαρίσσει*.

Infinium additione est, cui semper potest fieri additio: ut numerus semper enim maior numerus addi potest.

Infinium subtractione est, cui semper subtractio & diuisio fieri potest: ut est magnitudo. His alij addunt & infinitum utroq; , scilicet additione & diuisione: ut partes continui, quibus semper subtractio magnitudinis fieri potest, ex quo earum multitudo semper crescit, & continue aliquid adijcitur: quale infinitum dicit Aristoteles esse tempus.

#### Quid est finitum?

Est, cuius quantitatem dimetiens, ad finem mensurando peruenit: ut, omnia corpora Physica finita sunt. & eorundem passiones, si proprie & uere loqui uolumus, finita sunt: ut motus, tempus & locus.

#### Quid differunt continuum & contiguum?

Continua sunt, quorum ultima sunt unum. Ut haec linea  $\alpha - \beta$  est continua: ultimae enim eius partes cum intermedijs ita copulatae sunt, ut unum quiddam efficiant.

Contigua uero sunt, quorum ultima sunt simul: ut orbis solis dicitur contiguus orbi Martis.

#### Quae dicuntur esse simul?

Quae sunt in eodem loco mutuo, ut iam de orbibus dictum est. aut, inter quae nihil est medium quod impediat: ut caelum, & corpora inferiora.

Quomodo intelligitur hoc dictum Physicum, Mouens & motum oportet simul esse per contactum?

Respon. Idem est dictum ac cum dicitur: Agens & patiens

patiens sunt unus motus, & sunt simul: id est, ut inter eā nullum sit medium, quod impediat.

**Quotuplex est contactus?**

**Triples: Proprius, Virtualis, & Continuus.** Contactus proprius seu formalis dicitur, cum se duorum corporum superficies exteriores siue conuexæ, sine medio impediēte cōtingunt. ut si manus manu superimposita, ab ea contingatur, dicitur contactus formalis seu proprius: atq; ita quicquid tangit, idem etiā tangitur. iuxta Regulam: Motus & mutatio non possunt fieri sine contactu mouentis & moti. Nulla autem res sic tangere uel tangi potest, nisi sit corpus. Hic contactus uulgò ita definitur: **Contactus proprius est, applicatio duorū corporum habentium positionem in continuo, secundū exteriores suas superficies, sine medio corpore mixto, in primis necessaria ad actionem & passionem.** Dicitur autem sine medio corpore mixto, quia etsi aliquantum aeris uel aquæ uel humoris, uel raræ terræ interponatur, tamen non impedit contactum.

**Quæ sunt conditiones proprii contactus?**

Hæ duæ sunt. 1. Bina uel plura corpora, quæ sese inuicem contingere debent: debent enim habere extensionem, & quantitatem continuam. 2. Contingentia se inuicem, debent habere sua ultima simul: id est, extremam suam superficiē debent applicare ad se mutuò. Agentia enim & patientia sese sine medio contingere necesse est.

Quid

Quid est contactus uirtualis siue improprius, siue (ut uocant) metaphoricus?

Est, cum agens aut mouēs sua qualitate attingit corpus, quod mouetur aut patitur, etiā si parte corporis non attingit: ut cælum dicitur contingere hæc inferiora corpora, quia suas uirtutes eis communicat, per influentiā, lumen & motum.

Quid est contactus continuus?

Est, quo se partes continui, sine ullo interstitio contingunt: ut partes lineæ, uidelicet puncta, sese mutuò contingunt sine medio, copulata ad unum communem terminum à quo & ad quem. Item membra, artus, articuli, &c. coherentia corpori, sunt continua corpori.

LIBER QVARTVS, COMPLECTENS QVATVOR POSTERIORES LIBROS ARISTOTELIS, DE LOCO, VACUO & TEMPORE.

Quid est Locus?

Vocabulum Loci uariè usurpatur. Primum enim significat spacium inter duo uel plura corpora medium: ut si dico, Hic locus nostro negotio idoneus est. de hac significatione Physicus non loquitur. Si dico, Facile est inuenire. locū solis in zodiaco: in hac forma loquendi locus accipitur pro certa parte circuli. neque hæc loci significatio ad Physicū pertinet. Aliquādo significat differentias situs: ut sursum, deorsum. Aliquādo qualitates corporis continentis, denique superficiem

concauā. Hæ significationes loci posteriores à Physico considerantur. Aristoteles in hunc modum definit: Locus est terminus continentis, immobilis, primus. Terminum primum uocat, concauam superficiem corporis, proximam locato. Quòd dicit immobilem esse, pertinet eò, ut ostendat propriam loci rationem. cum enim locus sit terminus, hoc est interior superficies corporis, quæ est accidens, accidentia uerò per se non moueantur: rectè dicitur, Locum esse immobilem, scilicet per se, quia est accidens. Si enim mouetur locus, accidit hoc ad motum mobilis. Ita quidem per accidens locus mobilis est, sed per se est immobilis: ut, amphoræ repletæ aqua interior superficies concaua ambiens & circundans aquam, dicitur aquæ locus, qui immobilis est, nisi per accidens ad motum amphoræ moueatur: aqua uerò, amphoræ est locatum. Sit igitur definitio loci: Locus est superficies concaua, siue interior corporis, quod continet locatum. Est ne locus de quo Physici loquuntur, materia, uel forma, uel spacium

separatum?

Cum locus sit superficies corporis continentis, locus nec materia, nec forma, nec spacium separatum esse potest. Materia quidem non est, nec forma: hæ enim sunt partes corporis substantiales. Locus uerò est accidens. Nec spacium separatum est: hoc enim si esset, locus transferretur. Si uerò transferretur locus, fierent loci, et multa loca concurrerent, quod est absurdum. Relinquitur ergo, locum nec materiam, nec formam, nec spacium separatum, sed superficiem esse.

Quo

## Quotuplex est Locus?

Cum locus significat nunc spacium medium, nunc superficiem, aliàs qualitates continentis, aliàs differentias situs: inde diuisiones loci sumuntur, quarum prima hæc est: Alius est communis, alius est proprius.

Communis est, quo plura corpora simul continentur, ut, forūm, templum, auditorium.

Proprius uerò est, cui competit definitio, & de quo regula est: Locus proprius est æqualis locato. æqualis scilicet propter diametros continentis & contenti, qui æquales sunt. Duæ enim superficies continentis & contenti, concava seu interior continentis, & conuexa seu exterior contenti, se mutuò contingunt.

## Secunda diuisio est.

Locus alius est naturalis, alius uiolentus.

Naturalis est, ad quem mobile sua natura tendit, si est extra ipsum, & in eo quiescit & conseruatur: ut, aqua est naturalis locus piscium, in quo uita piscium conseruatur. Sic omne graue tendit deorsum ad centrum, ubi quiescit & conseruatur. Est ergo centrum, locus naturalis grauium.

Locus uerò uiolentus est, ad quem corpus sua natura non mouetur, nec in eo quiescit, nec conseruatur. Ut aqua est locus hominis uiolentus, in quem homo demersus suffocatur.

## Quot modis dicitur aliquid esse in loco?

Tribus modis: Circumscriptiue, Definitiue, & Repletiue. Circumscriptiue in loco sunt corpora, quarum dimensiones respondent dimensionibus loci conti-

i 2 nentiss

nentis: & quoniam locus suum corpus locatum ita circumscribit ac continet, ut dimensiones utriusq; se mutuo tangant: sequitur, Physico nullum corpus esse simul in duobus locis.

Definitiuè in loco est, quod ibi, ubi est, operatur. Hic modus conuenit Angelis, item accidentibus. Cum enim hæ res finitæ sint, eas alicubi esse necesse est: et cum sint incorporeæ, non sunt in loco circumscriptiuè. Dicuntur ergo definitiuè esse in loco.

Repletiue in loco est solus Deus, qui adest omnibus locis & potentia & substantia, iuxta ueterem uersiculū: Enter, præsentem Deus est, & ubiq; potenter. Et uersus Vidæ hic est:

Cuncta Deus replens, molem se fudit in omnem. Item, ἵνα θεὸς πάντη, πάντα βλέπει τε θεός.

Hic obiter considerentur quatuor gradus præsentia Dei. Primus est, præsentia uniuersalis, id est, præsentia conseruationis omnium creaturarum, quas Deus tantisper conseruat donec uult: quo modo & impijs & malis adest. De hoc gradu dicitur in Physicis: Deum repletiue esse ubiq;, in omni loco & non loco, sua essentia, præsentia & efficacia. ut Ierem. 23 dicitur: Nonne cælum & terram ego impleo? dicit Dominus. Deus est totus oculus, quia omnia uidet: totus manus, quia omnia operatur: totus pars, quia ubiq; est: πάντα βλέπει, νοεῖ, ἁρπίζει, & πάντα ὡν. Et pie inquit Augustinus: Deus est in seipso, sicut α & ω, principium & finis: in mundo, sicut autor & rector: in angelis, sicut sapor & decor: in ecclesia, sicut pater familiars in domo: in anima, sicut sponsus in thalamo: in iustis, sicut adiutor & protector: in reprobis, sicut pas



aut pavor & horror. Quò ibo à spiritu tuo? Nemo fugit ab illo, nisi ad illum: ab eius seueritate, ad eius bonitatē: à Deo irato, ad Deum placatum. Qui enim locus te excipiet fugientem, nisi eius præsentia ibi inuenias? Si ascenderis in cælum, ibi est: si descenderis in infernum, adest. Et Gregorij sententia præclara est: Deus manet intra omnia, ipse extra omnia, ipse supra omnia, ipse infra omnia. Superior est per potentiam, inferior per sustentationem, exterior per magnitudinem, interior per subtilitatem: sursum regens, deorsum continens, extra circumdans, interius penetrans. Nunquam deest, & tamen ab iniquorum cogitationibus longè est: nec tamen ibi deest, ubi longè est: quoniam ubi non est per gratiam, adest per uindictam.

Secundus gradus est, quo Deus non tantum est, sed et habitat in angelis, & iam beatis et saluis hominibus, implens eos sua luce, iusticia & uita æterna: et dans se conspicendum uisibiliter & immediate, & nunquam ab eis discedens. Hinc in Ecclesia dicimus, Deum in uita æterna esse omnia in omnibus.

Tertius gradus est, quo adest in hac uita renatis separabiliter, & inuisibiliter, efficiens in eis motus sibi placentes, per uerbum & Spiritum sanctum uerbo mouentem, iuxta dictum: Veniemus ad eum, & mansionem apud eum faciemus. Et in libro Sapientiæ dicitur: Thronus sapientiæ anima iusti.

Quartus gradus est, solius filij Dei, assumptis humanam naturam inseparabiliter, ita ut nunquam eam deserat. De his modis præsentia Dei disputatur in Magistro sententiarum lib. 1. distinct. 37, quò Lectorem remittimus.

timus. Adiungitur autem à quibusdam et quintus modus præsentiæ filij Dei in cœna, quem modum nominant Sacramentalem, quo uidelicet Christus Deus & homo præsens est in sua cœna, ita ut præsentiæ eius intelligatur in concreto de tota persona, secundum communicationem idiomatum, quæ non tantum est nuda sermonis forma, sed rem ipsam designat et cõplectitur: id est, certò Christum & Deum & hominem adesse ostendit.

#### Quid est uacuum?

Vacui appellatio habet tres significationes. Prima est, quòd uacuum dicitur locus tantum imaginarius, non repletus corpore, idoneus tamen siue habilis ad recipiendum corpus locatum: & hoc uocatur uacuum priuatione, id est carens omni corpore, ut si omnia ab orbe Lunari usq; ad terram in nihilum interirent, illud spaciū diceretur uacuum.

Secundò uacuum dicitur, dimensio excipiens non cedendo intra se corpora. ut si esset dimensio per totum mundum extensa, qualem esse aliqui dixerunt, quæ omnia intra se corpora susciperet: et illius tanta molet esset cum corpore in se recepto, quanta esset magnitudo corporis in eo contenti, ut in corpore bicubito, illius dimensionis magnitudo bicubita, in tricubito tricubita, respondens moli corporis contenti, illa dimensio diceretur uacuum secundò, seu (ut alij uocant) spaciū separatum, eo quòd à substantia rerum quibus coniungitur, si semotū.

Tertiò uacuum dicitur, quòd corporibus immersum, plenum non est: & hoc duplex est, iuxta priora duo uacua, quæ in hoc tertio uacuo continentur, uidelicet uacuum priuatione, & uacuum spacio.

Vacuum

Vacuum priuatione, uocatur parua quaedam concauitas, quæ corporibus immersa, plena non est: sicut aliqui posuerunt parua quaedam uacua corporibus animatis insita, in quibus alimenta susciperent.

Vacuum spacio est, dimensio quaedam parua corporibus immersa, corpora non cedendo recipiens: sicut aliqui nolentes concedere uacuas eiusmodi concauitates, posuerunt exiguas dimensiones corporibus immersas, quæ non cedentes alimentum susciperent, & ei cõiungerentur.

Est ne uacuum primò in rerum natura?

Non est. Si enim esset uacuum, esset hoc ipsum, ut res commodius moueri possent. Sicut quidam fuerunt, qui citra uacuum nõ posse fieri motum putarunt, moti hoc argumento: Per plenum nihil mouetur, aliàs enim duo corpora sese penetrarent, quod est impossibile. Ad quorum sententiam & poeta quidam alludit his uersibus:

Aut igitur motu priuandum est corpora quæq;  
 Aut esse admixtum dicendum est rebus inane,  
 Vnde initium primùm capiat res quæq; mouendi.

Sed quia uacuum non facit ut res moueantur, uerùm ipsæ rerum formæ hoc præstant: sequitur, nullum uacuum in rerum natura concedi posse. nullus enim motus per uacuum fieri potest: imò si conceditur uacuum, motum destrui necesse est. nam cum omnis motus aut sit naturalis aut uiolentus, ac uterq; ad aliquam loci differentiam tendat, quibus uacuum, si modò sui naturam amittere non debet, prorsus caret: consentaneum est, nullum motum fieri posse per uacuum, in quo nec summum nec infinitum, nec medium nec ultimum, nec extremum est. Testatur

tur & quotidiana experientia, non esse uacuum in reuē natura. Nam corpora grauius potius ascendunt sursum, aut alioqui in locum non suum, nec sibi destinatum feruntur, quam ut admittatur uacuum.

Contra.

Si res non mouerentur per uacuum, uel in uacuo, mouerentur per plenum. Sed res non mouentur per plenum: alioquin enim corpus locatum per corpus moueretur, et duo corpora simul essent, quod abhorret à natura. Ergo necesse est motum fieri in uacuo, uel per uacuum.

Respon. Nego consequentiam. Etsi enim mouetur corpus per corpus, tamen non mouetur ut per corpus manens, sed cedens: ut aer cedit corpori accedenti. Duo enim corpora non simul sunt, sed sibi mutuò succedunt: & quòd motus in uacuo fieri nō possit, manifesta ratio est. Quicquid mouetur, est corpus: Vacuum uerò non potest intelligi cum corpore, sed intelligitur sine corpore: Ergo quicquid mouetur, in uacuo moueri non potest, quia corpus non est.

Contra.

Oportet in Augmentatione alimentum recipi, uel in pleno, uel in uacuo: Non autem recipitur in pleno: Ergo recipitur in uacuo. Minorem probo. Si enim in pleno reciperetur, duo corpora se penetrarent: uidelicet receptum alimentum, & recipiens plenum.

Respon. Nego minorem. Alimentum enim recipitur in pleno, scilicet cedente corpore molliori, adueniente nutrimento. Nam aereum corpus foris contentum, cedit cibo subeunti.

Est ne.

LIBRI IIII. V. c. 157  
Est ne Vacuum secundò in rerum  
natura?

Non. Abhorret enim natura à dimensionum pene-  
tratione. Corpus enim per corpus non subit, nec duo cor-  
pora per idem tempus in eodem loco manent: & locum  
inanem, id est, omni corpore uacantem natura omnino  
refugit. ut, si fistulam in aquam miseris, & aquam per  
os attrahis, mox aqua còtra naturam suam succedit, &  
sursum nititur, ne committatur uacuum. Item clepsy-  
dra, si eius ori digitum inieceris, non sinit aquam efflue-  
re, etià si eius fundus foramen habet, idq; ideo, quòd nul-  
lus aer intret, qui effluentis aquæ locum compleret.

Est ne Vacuum tertio in rerum  
natura?

Cum uacuum primò, & uacuum secundò, nõ sit, nec  
cesse est & uacuum tertio non esse. hoc enim ex ambo-  
bus oritur. Itaq; rectè Physici dicunt: Si quæritur quid  
rei uacuum sit, uacuum esse respondendum est: id est,  
prorsus nihil. Quòd autem non sit uacuum tertio, quod  
corporibus insitum putant, ut alimentum in corpus quo  
que uersum abeat, atq; ita uel condensatio uel rarefactio  
fiat, ratio est manifesta. Dum enim alimentum in uentrè  
demergitur, statim subtilia quædam corpuscula uenienti  
cibo tâquam hospiti cedunt, et locum dant. nam uentri-  
culi partes quæ sunt infrà, dilatantur, antequam cibus im-  
mittatur: quæ autem sunt suprà, contrahuntur.

Quid est rarum, & rarefactio?

Rarum, siue laxum est, cui etiamsi non multum ma-  
teriæ insit, in magnam tamen quantitatem dilatari po-  
test. Rarefactio uerò est, cum in raro corpore partes

expanduntur, subeuntibus alijs partibus subtilibus: ut ae-  
re, uel fumo, ut fit in similia rarefacta, in ligno raro &  
poroso, item cum cauernulis spongiæ aqua subit, aut cū  
in pulmonem, cui inest quædam raritas, ingreditur aer  
per spirationem.

### Quid est densum, & condensatio?

Densum siue astrictum est, cui etiamsi multum mate-  
riæ insit, in arctam tamē & paruam quantitatem con-  
trahitur. Condensatio uerò est, appropinquatio par-  
tium: quæ fit interdum exhalantibus aliquibus partibus,  
interdū nulla exhalante: qua appropinquatione corpus  
amplum fit exile, nullo tamen corpore inde excluso. ut,  
cum fermentum ui frigoris desidit: item, si spongia com-  
primitur, et aer e' pulmone per expirationem egreditur.  
His itaq; modis natura instituit primū rarefactionem  
qua corpus exile fit amplius, nullo tamen forinsecus in-  
grediente corpore: ut cum fermentum in *μνοξύλω*, siue  
(ut Latini uocant) alueolo, ui caloris exuperat: uel cum  
glacies calore liquefacta & dilapsa diffunditur. Ideoq;  
instituit hoc natura, ut excludatur uacuum. Deinde in-  
stituit condensationem, ne concedatur penetratio corpo-  
rum. ut in uersu dicitur de Natura:

Densat, erant quæ rara modò: & quæ densa, relaxat;  
Ne uacuum detur, penetret nec corpore corpus.

### DE T E M P O R E.

#### Quid est tempus?

E St numerus primi motus, secundū prius et posterius.  
ut, Annus est numerus mensium, Mensis numerus di-  
erum, Dies numerus horarum priorum et posteriorum.  
Intelligitur autem primus motus, primū mobile, ultima  
& supre-

& suprema mobilis sphaera, in qua intelligitur motus localis, de quo in definitione temporis dicitur. Et est sententia definitionis haec: *Tempus colligitur seu numeratur ex priori & posteriori caeli motu.*

**Quare definitio temporis à motu caelesti sumpta est, cum tamen tempus sit quorumcunq; motuum successio & mensura?**

Quia motus caelestis ita est à Deo institutus, ut uices efficiat utiles uitae animantium: qui motus cum sit insignis, & incurrat in omnium hominum oculos, & commodè discernat interualla, praecipuae appellationes inde sumuntur anni, mensis, diei, horae.

**Est ne caeli motus tempus, sicut aliqui definitionem hanc interpretantur?**

Non est: sed quādo dicitur tempus esse numerū primi motus, intelligitur esse spaciū quod mensuratur ipso motu caeli & solis.

**Quid est numerus hoc loco?**

Numerus hoc loco non intelligitur omnino arithmetice, uidelicet multitudo ex unitatibus collecta: sed intelligitur: qualiscunq; mensura, per quam plus minus uel quātitatis esse iudicamus & discernimus in re quapiam.

**Quotuplex est numerus?**

Duplex. Numerus numerans, seu formalis: & numerus numeratus, seu materialis.

Numerans est, aut principalis: ut Anima hominis omnia discernens, aut medius, quo ueluti instrumēto anima nostra numerat, & quod instrumentum tripliciter intelligitur:

telligitur: scilicet, pro actu uel operatione animæ numerantis. deinde pro cōceptu istius discriminis: ut, Tempus est numerus, id est, discrimen spacij prioris & posterioris. postea pro signo aut uocabulo numerandi, seu symbolo numeri: ut, duo, tria, quatuor. Qui numerus uocatur Mathematicus, seu Arithmeticus.

Numerus numeratus est, res ipsa numerata. Nec absurdum est rem numeratam appellare numerū. sicut enim mensura significat id quod mensurat, ut cadū: & id quod mensuratur, ut uinum in cado: ita numerus significat id quod numerat, & quod numeratur.

**Qualis igitur numerus est tempus?**

Est & numerās & numeratus, sed diuerso respectu. Si enim tempus confertur ad motum cœli, tanquam ad causam efficientem, dicitur numerus numeratus. Si uerò confertur ad subiectum suum mobile, secundum partes suas, scilicet præteritum, præsens & futurum, commodè dici potest numerus numerans medius. Vsu tamen receptū est, ut tempus nominetur numerus numeratus.

**Quid uocatur prius & posterius?**

Idem quod terminus à quo, & terminus ad quem. Quia enim motus est quiddam continuum, & non uno momento absoluitur, sed fit successiue: hoc est iustum: requirit spacium, & interuallum temporis: ideo diuiditur in partem priorem, id est in principium: & in partem posteriorem, id est in finem. Alij tamen aliter, & quidem simplicius explicant prius & posterius: illud dicunt esse præteritum, hoc futurum: medio quodam interiecto, quod uocatur

Nunc.

Quo-



## Quotuplex est tempus?

Triples: Præteritum, Præsens, & Futurum. Præteri-  
tum est, quod uel continuatum, uel perfectum & abso-  
lutum est. Præsens siue nunc, siue instans, siue momentū,  
est ipse actus & substantia temporis, quæ sola de tempo-  
re sentiri & apprehendi posse dicitur. Est enim tempus  
quod sentitur, nihil aliud quàm nunc continuatum, id est  
continuo fluxu fluens: sicut puncta continuata sunt ipsa  
linea. Futurum, est pars posterior temporis.

## Obiectio.

Quod constat ex his quæ non sunt, nihil est.

Tempus constat ex his quæ non sunt: præteritum eo-  
nim, quod uocatur prius, effluxit, & non est: & futurū,  
quod est posterius, nondum est.

Ergo tempus nihil est.

Respon. ad Maiorem. Maior loquitur de ijs rebus  
quæ sunt naturæ perpetuæ & permanentis, non de his  
quarum natura est fluida & successiua. Deinde ne-  
gandū est, nullas temporis partes extare. nam sicut tem-  
pus successiuum & fluidum est, ita partes eius quoq; suc-  
cessiuæ sunt, & una prius, & altera posterius est: & de  
temporis immensitate solum Nunc attingi potest. Quod  
& Poetæ affirmant, cum dicunt Saturnum, qui dicitur  
Λγόνιος, à λγόνος quod tempus significat, à filio pulsum es-  
se: id est, tempora priora siue senescentia siue præterita,  
à prioribus pelli.

Quot sunt temporis præcipuæ  
partes?

Quatuor: Annus, Mensis, Dies, Hora. Annus est  
tempus, quo sol à puncto uerni æquinoctij, quod fit in  
Ariete,

Ariete, egressus, zodiaco peragrato ad idem punctum redit: quæ peragratio fit diebus 365, horis 5, minutis 49, secundis 16. Partes anni sunt quatuor: Ver, Aestas, Autumnus, & Hyems.

Mensis est triplex: Periodicus, seu mensis peragrati-  
onis: Synodicus, seu consecutionis, seu coniuñctionalis:  
& mensis illuminationis. Mensis Periodicus est, spa-  
cium quo Luna redit ad illud punctum zodiaci, unde di-  
gressa est in proxima coniuñctione. Hic circuitus est die-  
rum 27, horarum 7, minutorum 43, secundorum 12.

Mensis synodicus est, spacium quo luna redit non tantum  
ad illud punctum zodiaci, unde in proxima coniuñctio-  
ne digressa fuerat: sed et ad ipsum solem, qui interea mo-  
tu proprio longius recessit à loco proximæ coniuñctio-  
nis: & hic mensis ab una coniuñctione ad sequentem est  
dierum 29, horarum 12, minutorum 44, secundorum 3.

Mensis illuminationis est, spacium à primo conspectu  
nascentis lunæ post coniuñctionem, usq; ad ultimam diem  
euanescentis, & accidentis ad coniuñctionem. Hic men-  
sis plerumq; est dierum 28, & in hoc mense consideran-  
tur Lunæ phasés.

¶ Dies est duplex: Naturalis & artificialis. Dies na-  
turalis est, integra reuolutio æquinoctialis circa terram,  
cum additamento: id est, cum particula æquinoctialis cor-  
respondente particulae illi Eclipticæ, quam interim Sol  
motu proprio, contra motum primi mobilis peragravit.  
His dies est horarum 24. Dies artificialis est, tempus  
quo sol singulis diebus est supra horizontem nostrum, et  
circumuehitur ab ortu in occasum.

Hora est uigesimaquarta pars diei naturalis: hoc est,  
inter-

interuallum quo medietas signi peroritur, uel est 15 graduum æquinoctialis supra Horizontem ascensio. Fit & mentio horarum in Euangelicis literis: sed non intelliguntur horæ æquales, de quibus usitate dicitur, uidelicet 24 pars naturalis diei: sed intelliguntur horæ inæquales, uidelicet 12 pars artificialis diei. ut Christus affixus fuit cruci hora sexta, id est ipso meridie: & animam expirauit hora nona, id est sole ad occasum uergente. Sic mercenariorum quidam missi sunt in uineam hora 11, id est paulo ante solis occasum. missi in uineam unam duntaxat horam in opere fuerunt. Iudæi autem, Chaldæorum morem secuti sunt, & quotidie ab exortu solis ad occasum 12 horas numerarunt. Vnde & illud est: Nonne 12 sunt horæ diei? Et huc pertinent uersiculi: Sex horæ tantum rebus tribuantur agendis,  
 Viuere post illas litera s̄ta monet.

**Quid propriè nominatur Instans,  
 siue Nunc?**

Instans uocatur, terminus copulans partes præteriti & futuri temporis.

**Considerat'ne Phisicus instans eodem  
 modo, quo mathematicus?**

Non. nam instans Phisicum, est pars temporis præsens, quam diuidi non percipimus: ut generationes & corruptiones fiunt in instanti. Instans autem Mathematicum est, quod etsi non reuera uel actu, tamen cogitatione & imaginatione indiuisibiliter consideratur: ut tempus est continua successio, quæ inchoatur & terminatur momento, quod Nunc seu Instans appellatur, & quod etiam cogitatione constituitur indiuisibile.

Quod

## Quæ sunt cognata temporis?

*Æuum, & Aeternitas. Æuum dicitur duratio eorum  
quæ cœperunt, sed non desinunt: ut Angeli et animæ hu-  
manæ sunt in æuo. Aeternitas Deo soli propriè attribui-  
tur, qui principio & fine caret.*

*Tempus uerò est duratio rerum mutabilium, quæ has  
bent principium & finem. Hinc uersus:*

*Principium cœpit, tempus mox desinit esse,*

*Et celeri appropereat meta suprema pede.*

*Principium cœpit, sed nunquam desinit æuum,*

*Angelicus lucem sic uidet ipse chorus.*

*Sed Deus æternus rerum seruator & autor,*

*Et sine principio est, & sine fine Deus.*

*Aristoteles motus hoc principio Physico, Ex nihilo  
nihil fit, dixit mundum esse æternum: hoc est, sine initio  
et fine. & hanc opinionem suam certis argumētis libro 8<sup>o</sup>  
Et auo confirmare uoluit, quorū præcipua hæc duo sunt.*

## Primum Argumentum:

*Propria & perfectissima causa non est in infinitum  
ociosa:*

*Prima causa, scilicet Deus, est perfectissima:*

*Ergo prima causa non est ociosa. fuisset autem ocio-  
sa inde usq; ab æterno, nisi mundus semper extitisset tan-  
quam subiectum, in quo prima causa uires suas exerere  
potuisset.*

*Respon. Maior est uera de naturalibus efficientibus,  
non de uoluntarijs: ut, ignis ad motam materiam non po-  
test nõ urere, faber uerò potest suspendere suam actio-  
nem. Et prima causa est mens, quæ consultò & liberè  
agit, & liberrimè certo tempore condidit mundum, ui-  
delicet*

delicet ante annos 5518, numerando retro ab hoc anno  
Salutis 1556. Quid uerò egerit Deus in illa aeternitate  
ante cōditum mundum, Responſio in Ecclesia facilis eſt:  
quòd uidelicet communicatio ſapientiae inter Deum pa-  
trem, Filium & Spiritum ſanctum, aeterna fuerit. Au-  
guſtinus ſciolo cuidam ad has quaſtiones reſpondiſſe fer-  
tur, Deum fabricaſſe infernum euſmodi quaerentibus.  
Vnde hi uerſiculi ſunt:

Quaereriſ Auguſtine pater, quid fecerit ante  
Principium, quo ſunt condita cuncta, Deus?

Infernum fabricaſſe reſers, quaerentibus iſta:

Quò pœnas meritò, quas meruere, luant.

Diſcite naſuti: Quiſquis myſteria uerbi

Implicat, ingenio deſiciente perit.

De hiſ & ſimilibus quaſtionibus et labyrinthis ingenij  
humani, Epiphanius cōtra Aetium folio 414 ſic inquit:  
Ratiocinationes hominum miſeræ ſunt, et ipſorum cogi-  
tationes corruptibiles, & ſeipſas inuoluunt & tranſi-  
gunt in ſyllogiſmos & quaſtiones. Alij enim ex ſuis ra-  
tiocinationibus per quandam ſophiſticam de origine ma-  
li ſcrutantur: alij, unde ſit diabolus, & cur ſit factus: alij,  
cur Deus hominem crearit peccaturū: alij, cur Deus ho-  
mini culpam adſcribat: cum talem, qui peccare poſſet,  
creauerit. Hiſ quaſtionibus ubi omnes præcelluerint  
ſuas cogitationes, diſcant ſeipſos corruptibiles, & attri-  
buant ſoli Deo ſcientiam & adorationem, & petant ac  
impetrent ab eo ueræ fidei cognitionem: nec ſapiant  
nimium, ſed ſapiant in hoc ut ſint  
modeſti.

k

Secur-

## Secundum argumentum.

Quod non mutatur, non est subiectum generationi  
& corruptioni:

Leges motuum caelestium non mutantur:

Ergo haec moles semper fuit, & semper ita circumacta  
effecit uarias uices generationum & corruptionum in  
inferioribus.

Respon. Argumentum est particulare, nec potest de  
toto mundo dici. multae enim partes mundi, ut elementa  
obnoxiae sunt alterationibus. Haec quoque ad perpetuita-  
tem mundi requirebantur: nec tamen inferri potest, cae-  
lum semper fuisse. Discernenda enim est creatio à gene-  
ratione Physica, ut & supra dictum est.

Haec sunt praecipua argumenta, quibus humana ra-  
tio turbatur; reliqua facilia & nota sunt, & passim ali-  
bi recitantur & explicantur. Nos assentiamur uoci diui-  
nae, quae testatur mundum incoepisse ante annos 5518, ab  
hoc anno Christi 1556: nec longius spacium quaeramus.  
& sciamus mundum mox desitutum esse: & nos in ipsa  
senecta, in idu uulnō & in ipsis facibus mundi uiuere, si-  
cut testantur sacrae literae, ut secundum & septimum ca-  
put Danielis: item aliae coniecturae, quarum praecipuas  
considerare debemus.

## Prima.

Deus cum sex dies rebus creandis destinasset, septimo  
requieuit. Hoc epistola ad Hebraeos interpretatur dicēsi  
Aeternū sabbatum significari, in quo Ecclesia perpetuo  
uiuet, & coram fruetur conspectu & laetitia Dei. Ut e-  
nim sex dies priores laboribus uocationis nostrae depu-  
tantur, & septimus à laboribus quietem affert: ita sex  
millenarij,

millenarij, cursum & ærumnas huius uitæ & mundi cōprehendunt: septimus uerò incoabit sabbatum æternū. Numeratur enim millenarius pro uno die coram Deo, ut scriptum est: Mille anni ante oculos tuos sicut dies hesternæ, quæ præterijt. Ex hoc numero dictum Eliæ sumptum est, quod extat in libro Abodazara, et in Sanhedrin, ut Hebræi corrupta uoce à סוודסיוו appellant. Est autem hoc dictū. Tradidit domus seu schola Eliæ, dixisse Eliam: Sex milibus annorū durabit mundus: Duobus milibus inane, id est, inculta hominum uita, sine lege scriptis & mandatis promulgata, sine politica gubernatione, & certis legibus Dei uerbo expresse ordinatis. Duobus millibus lex: Duobus millibus dies Messia. Mundus enim ex eo tempore, de quo Moses dixit, Terra erat Thohu & Bohu, inanis & uacua, circiter annorū duomillia durauit, usq; ad legem datam Abrahamo de circumcisione. Deinde à tempore circumcisionis usque ad Christum, effluxerunt duo alia annorum milia, deficientibus certis annis. nam Christus filius Dei, homo natus est anno mundi 3963: & passus & mortuus est pro peccatis nostris, & resuscitatus ad iusticiam nostram, anno mundi 3996. Nunc à Christo usq; ad finem mundi duomilia supersunt, quæ tamen nō complebuntur. Additum enim est dicto Eliæ: Si quid ex his deerit, deerit propter peccata nostra, quæ magna et innumera sunt. Et ipse filius Dei testatur, diēs abbreviandos esse propter electos. Ex hac ratione et illud sumptū uidetur, quod septimus numerus in omnibus historijs semper sacer habuit est: & quod Deus in hoc numero suam potentiam erga creaturas mirifice exerit & declarat, ut experientia compro-

bat, de qua eruditè disputat Macrobius in Somnio Scipionis.

Ad hanc coniecturam referunt Hebræi 25 caput Leuitici, de anno septimo quietis, & de anno septimo iubilæo: qui absolutis septem annorum sabbatis, hoc est annis quadraginta nouem celebrabatur. Ex loco enim illo colligunt Hebræi, mundum duntaxat per Sex millia annorum duraturum, & septimum millenarium futurum esse sabbatum Domini. Dicunt enim: Sex millibus annorum existentiâ mundi, & uno millenario uastatio. Et hūc eundē numerū docuit Rabi Zira ex alphabeto quærendū esse. Nam 22 literæ cōtinent 1500, minus quinq;. Et quinq; literæ finales continēt 3500. Nunc Aleph caput literarum repetendum est, quod secundo repetitum efficit mille. Et cum adhuc quinq; deficient, pensitandū est quod scriptum est: Dominus in He creauit mundum. He autem facit quinq;. Et hos dicūt esse sex millenarios, sua quadam speculatione & phantasia. Retineamus autem dictum Eliæ, ad quod scimus congruere ætates, generationes, & omnium temporum historias. Quod uerò multi Græci & Latini scriptores abundant in numeris annorum, ita ut nunc sextum millenarium egressi, de septimo millenario disputent, quem septimam ætatem uocant: unde factum est, quod septuaginta duo interpretes Geneseos quinto & undecimo, ducentos pro centum transtulerunt, fortasse nomine singulari Meath centum, pro nomine plurali Meoth accepto, quod centum aliquoties repetitum significat: in quinto capite, si collatio Græci textus cum Hebræo instituat, abundant anni 923. In undecimo abundant anni 859. hi additi numeri efficiunt



efficiunt 1772. Et tot anni sunt nimij in Græco textu, qui postea multos errores pepererunt, ut in Chronico Eusebij deprehenditur, item in Epiphanio & alijs multis. Et monet etiam de hoc errore Hieronymus in Quæstionibus Hebraicis. Et hanc annotationem studiosis gratâ fore confidimus, quæ multos eximit scrupulos.

Secunda.

Deinde sumitur erudita cõiectura ex historia Enoch, Genes. 5. Qui uiuus in cœlum translatus est, sine sensu mortis. Hic septimus fuit à prioribus patribus, in quos mors corporalis grassata est, quæ in hunc septimũ suam uim exerere non potuit. Hic enim ordo patrum fuit:

Vixit		Moritur anno mundi
930		930
912	Seth	1042
905	Enos	1140
910	Cenan	1235
895	Mahaleel	1290
962	Iared	1422
365	Enoch	987, sublatus à Deo uiuus.

Et huc respicit Iudas in sua Epistola, cũ inq̃t: Enoch septimũ ab Adã de iudicio extremo uaticinatũ fuisse. Eo dẽ modo mors per sex millenarios in genus humanũ dominabitur, sed in septimo millenario prorsus abolebitur.

Tertia.

Similis est coniectura in historia Eliæ prophætæ, qui circa annum mundi 3031, ante Christum 912, per turbinem in aureo curru in cœlos sublatus est. Sicut enim Enoch septimus fuit generatione ab Adamo, ita

k 3 Elias

Elias septimus fuit ætate ab Adamo, hoc modo:

- 1 Adam attigit Mathusala.
- 2 Mathusala attigit Sem.
- 3 Sem attigit Iacob.
- 4 Iacob attigit Amram.
- 5 Amram attigit Abiam.
- 6 Abiam attigit Eliam prophetam.
- 7 Elias mortem non gustat.

Quarta.

Danielis 2 & 7, ut diximus, describuntur quatuor Monarchiæ mundi, ubi & apud quas gentes singulis temporibus usque ad resurrectionem futuræ sint. Hinc metæ temporū huius mūdi mediocriter animaduerti possunt. Prima monarchia, quæ pictura aurei capitis & leonis significatur, Chaldæorū & Assyriorum fuit: incepit anno mundi 1789, durans annos 1618. Secunda monarchia, Babyloniorum & Persarum, quæ pictura argentei pectoris & ursi significatur, incepit anno mundi 3406, & durauit annos 220. Tertia Græcorum, seu Alexandri Magni, quæ pictura ænei uentris & pardi significatur, incepit anno mundi 3629, & durauit annos 301. Quarta & ultima monarchia Romanorū, quæ pictura ferreorum pedum & diræ bestię significatur, cœpit anno mundi 3918, ante Christum 49 annis: et sub Heraclio imperatore paulatim cœcidit, cum durasset annos 667. Nunc supersunt fæces usq; ad finem mundi, de quibus Daniel duodecimo capite, tacita quadam & occulta numerorū collocatione concionatur: quam nunc omitto. Ex hac historia Danielis sumpserunt ueteres Ethnici, Hesiodys, Aratus, Ouidius & alij, descriptionē quatuor

quatuor mundi ætatum, aureæ, argenteæ, æneæ, & ultimæ ferreæ. Verisimile enim est, hanc ipsam historiam Græcis non fuisse ignotam, utpote qui multum commercij olim cum Aegyptijs habuerunt. Et huc referenda est partitio ex Physicis sumpta: initio dominabatur *ἡ γυμνοῦν* ante diluuium, ætas sapiens, & artium inuentrix. Huic successit *θυμωνδῆς*, ætas bellatrix, in qua imperia armis cōstituta sunt, & quatuor monarchiæ à Nino coætaneo Abrahami ad Iulium Cæsarem usque ordinatæ. In hac uixerunt Heroici uiri, & gladiatores, Samson, Hercules, Dauid, Achilles, Cyrus, Alexander, Iudas Maccabæus, Hannibal, Scipio, & alij multi. Vltimò secuta est ætas concupiscibilis, *ἡ πλεονεκτητικὴ*, uoluptatibus, delicijs & Epicurismo dedita, clauda propago mundi, sine uigore annorū uitæ, & cum uisibili omnium rerum degeneratione.

Plures cōiecturas, quæ ex libro Esdræ, & ex serie totius historiæ Christi, Apocalypsi Ioannis, et aliunde adducuntur, omittimus. Et hanc ceu coronidem addimus, omnia quæ de statu mundi ante nouissimū diem à Prophetis, Christo, Apostolis, & ab alijs pijs uatibus prædicta sunt, iam completa ferè esse, & ferè nihil amplius complendum restare, ita ut nobis tantum expectandus sit aduentus filij Dei: quem ante completionem sexti millenarij aduenturū esse, testimonia ostendūt multa: quorū quædam Deus proposuit in Sabbato, quod typum gerit æterni sabbati: ut suprà dictum est. Nam circa uesperā diei sexti sabbatum incoandum erat. Ideo & æternum sabbatum, non à fine postremi millenarij, sed citius inchoatum iri, non dubium est. Et iubilæus annus non post

quingagesimum annum præteritum celebrabatur: sed  
49 communibus annis exactis, quingagesimus erat iu-  
bilæus. Christus etiam resurgens anteuertit diei tertij  
completionem, & circiter medium eius diei resurgit.

His admoniti, conferamus animos nostros ad ueram præ-  
parationem in iusticia et sanctitate uera. Vetus dictum  
est Germanorum, Anno millesimo sexcentesimo & 00  
Etogesimo octauo, uel quid noui & insoliti futurum es-  
se, uel mundum periturum esse. Ad eundem annum e-  
tiam Physici referunt Trigonum suum igneum tum exo-  
riturum,  $\Psi \Omega \Phi$ . Etsi autem solus Deus nouit annum,  
diem et horam: tamen ante fores esse aduentum filij Dei,  
non est dubium, utcunq; rideat mundus. Oro autem fi-  
lium Dei, Dominũ nostrũ IESVM CHRISTVM,  
ut in his mundi fecibus adsit suæ Ecclesiæ, & conseruet  
studia doctrinarum, & clementer nos liberet ex omni-  
bus miserijs per aduentum suum gloriosum, quem omnes  
pij gementes expetunt & expectant: Amen.

*Θεω Δόξα.*

CL A

CLARISS. VIRO, ERVDI-  
tione, fidelitate, & dignitate antecellen-  
ti, D. Ioanni Oporino, typographo  
uigilantis. Nicolaus Selne-  
cer S. D.

**C**Lare uir, et nostris meritò celebrāde Camoeniss  
Multaq; qui dignus nomina laudis habes.  
Vnde tibi rudis hæc mittatur Epistola, quæris?  
Responsum breuibus suscipe quæso modis.  
Hic flauus uirides ubi campos irrigat Albis,  
Hic ubi Træzenij tecta superba nitent;  
Forsitan & nostrum tibi notum nomen ab annis,  
Me nisi mens fallit, pluribus esse potest.  
Non etenim primùm tibi carmina nostra leguntur,  
Sæpius ante tibi littera nostra data est.  
Quin etiam nobis tua littera missa uicissim  
Sæpe fuit, Musis mutuus ibat amor.  
Nunc, ego nescio qua factum ratione, quiescit  
Suspensæ fidum fœdus amicitiae.  
Forsitan ætatis sic hæc iniuria nostræ est,  
Forsitan hoc etiam tempora crimen habent.  
Aut quia te retrahunt immensa negocia rerum,  
Aut quia fert alias res ea sæpe moras.  
Ipse quidem crebrò, uelut æquo iure, molestus,  
Dum tibi lecta fuit nostra Thalia, fui.  
Scribebam candoris amans candoris amanti,  
Simplicitas Musis conuenit illa bonis.  
Leucoridos campos, & amœnos impiger hortos

K S Dum

Dum colerem, tantus candor amorq; fuit.  
 Quando Melanchthonij florerent undiq; plenis  
 Floribus, & fluerent melle nitente faui.  
 Hic ego sincero diuinis pectore Musas  
 Aggressus studio conueniente fui.  
 Iungebant alij iurato fœdere neruos,  
 Et sacer in firmo pectore candor erat.  
 Hinc ego discedens sortem sum passus iniquam,  
 Heu meminisse modò plurima damna dolet.  
 Atra subit facies, & tristis ubiq; malorum  
 Copia, quæ mæsto corda dolore replet.  
 Iuncta manus non est Musis nunc amplius ulla,  
 Candor & in uanum non simulatus abit.  
 Functio magna subest, & nigro felle laborans:  
 Quæq; locem Musis, oia nulla mihi.  
 Nunc etiam exuiuis deponens, clare Melanchthon,  
 Nescio quæ referas fata futura breui.  
 Attonito mens horret, & est tremebunda stupore,  
 In peius quando tempora nostra ruunt.  
 Turcica barbaries, & tetra mole tyrannis  
 Accelerat, nostras iam uelut ante fores.  
 Sed tamen in medio nos serues turbine Christe,  
 Simplice seruimus qui pietate tibi.  
 Adsis Christe tuis, doceasq; iuuesq; fideles:  
 Tu potes, & uerè gloria tanta tua est.  
 At nimium longis ne fortè ambagibus utar,  
 Accipe quæ breuibus commemorare libet.  
 Ergo mihi cum sic blandus rideret Apollo,  
 Pulsabat uestros littera nostra lares:

TUNE

Tum quoq; mittebam, si quæ committere lucæ  
 Decreram, prælo subiicienda tuo.  
 Enumerat senos hæc anni linea Soles,  
 Inciperem quædam mittere quando tibi.  
 Non ea magna quidem, nec & anteferenda, uel alto  
 Texta stylo, prorsus non inamæna tamen.  
 Tunc Anathotidæ lamenta & carmina Vatis,  
 Et Ionæ uobis reddita scripta dabam.  
 Rhetorices pueris præcepta relata ferebam,  
 Ornata exemplis quæ Ciceronis erant.  
 Nec tamen hæc adeò magni facienda uidebam,  
 Me siquidem puero sunt eo scripta mihi.  
 Res & Apostolici iungebam, facta q; cætus,  
 Reddita iam sensu lucidiora suo.  
 Iudicio ista tuo submisi, digna q; luce  
 Iudicio hæc uolui digna putare tuo.  
 Sin minus illa tibi forsân placuisse uideres,  
 Muribus hæc iussi scripta uoranda dari.  
 Nunc sed in incerto dubitans ego pendeo reti,  
 Nec de iudicio fama relata tuo est.  
 Sæpius & quanquam, quæ nam mora forsân obesset,  
 Quæsiui, licuit nil mihi scire tamen.  
 Fortè tuas nunquam mea littera uenit ad ædes,  
 Et nimis infidus nuncius iste fuit.  
 Non semper facile est alicui committere chartas,  
 Et paucis tutò sarcina tanta datur.  
 At pereant, per quos unquam data scripta premuntur,  
 Perfidiæq; necem, quam meruere, luant.  
 Vel te retraxit moles & cura laborum,

Incun-

Incumbens humeris non sine laude tuis.  
 Quicquid id est, quicquid fuerit, nunc scribere cogor,  
 Supremamq; meo ponere iure manum.  
 Care Oporine, meis monitis rescribito tandem,  
 Consilij exponens signa, notasq; tui.  
 Si tibi displiceant puerilia scripta, remittas,  
 Ne pereant, ea sint qualiacunq; licet.  
 Aut saltem quaedam reddas, nonnullaq; luci  
 Commendes, fuerint quæ modò uisa tibi.  
 Non auidus laudis scribo, nec nomen inane  
 Quæro, leui mea mens ambitione caret.  
 Sunt meliora tibi, quæ prælo exponere possis:  
 Et Phœbus scriptis imperat absq; meis.  
 Sed tamen esse potest fortassis gloria Musis,  
 Si quoq; sim sacri pars quotacunq; chori.  
 Addita nam paruis & paucis pauca, subinde  
 Accumulant numeris munera magna suis.  
 Quid? ueluti uobis res est promissa, recordans  
 Polliciti Physicos iam tibi mitto libros.  
 Hos precor inspicias, & si tibi fortè probantur,  
 Des ornanda typis hæc quoq; scripta tuis.  
 Forsitan utilitas accedet, eritq; laboris  
 Insumpti multis cura probata bonis.  
 Diuitias non specto truces, non alta requiro,  
 Dummodo sim Clarij portio parua chori.  
 Et mea quando pijs placeant, nil amplius addi  
 Crede mihi (fallit non mea lingua) uelim.  
 Inuidiæ stimulos adeò non curo nefandos,  
 Iudicium uulgi nec mihi turpe nocet.

Nec



Nec quoq; (sed dictum uera uolo pace bonorum)  
 Hos, malè qui tractant sacra uerenda, moror.  
 Quos si fortè uelis nimis alta audire loquentes,  
 Momento citius discere cuncta potes:  
 Dummodo sis audax, & nil nescire puteris,  
 De cunctis præceptis iudiciumq; feras.  
 Extenuant isti diuinis numinis artes,  
 Absq; quibus sese uiuere posse putant.  
 Non omnes taxo: plerisq; sed illud adhæret  
 Crimen, & immodica garrulitate scelus.  
 Heu dolor, indoctis regnantur & orbis & urbes  
 Qua ratione nec hæ stare, nec ille queunt.  
 Heu dolor, hoc uitium languens Ecclesia sentit:  
 Qua ratione, Dei gloria uera perit.  
 Et studia auersum frigent neglecta per orbem:  
 Et uix, quo miserum corpus alatur, habent.  
 Optima Musarum quis amet iam commoda, quando  
 Contemnunt etiã, quos adamasse putes?  
 Sed quamuis ætas nostris sit iniqua Camænis,  
 Posteritas illis æquior omnis erit.  
 Sic igitur colimus Musas, & amamur ab illis,  
 Nostra quòd à fato gloria maior erit.  
 Spirat adhuc al: quis Phœbo fauor, atq; relinquit  
 Abiectas nondum gratia Pieridas.  
 Fac tua, quæ tua sunt: quæ functio uera requirit,  
 Inuidia uacuum pectus habere uelis:  
 Perge laborando, sit Christi gloria cordi,  
 Committas uni cætera cuncta Deo.  
 Omnia solus habet, qui simplice mente labores  
 Perficit, hunc Christi gratia dulcis alit.

Sed

*Sed satis est: magno te nunc commendo Tonanti,  
Qui studia hæc uiuo numine nostra iuuat.  
Viue, ualeq; meis uir non incognite Musis,  
Insit & in uestro pectore cura mei.*

*Dresda, Mense Augusto:*

*1560.*

BASILEAE, EX OFFICINA—  
Oporiniana, Anno Salutis huma—  
næ M. D. L X I X. Mense Ia—  
nuario.

Basileae, in officina  
Opinionum Anno salutis  
M. D. L. X. Mensis  
Iunij



Co 2103

X 2203079 7A-00L

m. c.





PROPOSITIONES, et Quæstiones,  
 IN OCTO LIBROS  
 Physicorum Aristotelis, diligenter,  
 & ad usum studiosorum  
 scriptæ:

Autore NICOLAO  
 Selneccero.

*Petrus à Sena Senensis - An. 1671*



BASILEAE, EX OFFI-  
 cina Oporiniana.

